Es muy avariento. Pervet avaritia. Flagrat inſatiabili auri, & argenti cupiditate. Avaritiam ejus nullus pecuniæ modus explere poteſt. Nimis pecuniæ ſtudet. Omnis in re augenda ejus deſudat induſtria. Sui nimium tenax eſt, alieni cupidus, ſi quiſquam alius. Divitias ita ſitienter appetit, & avaritiæ ſtimulis agitatur, ut ejus cupiditati anguſtus orbis terrarum eſſe videatur. In magnis opibus pauper eſt. Nullus divitiarum cumulus aviditati ejus pars eſſe poteſt.

Al avariento tan poco le aprovecha lo que tiene, como lo que no tiene. Tam deeſt avaro quod habet, quàm quod non habet. *El avariento es como el puerco, que à ninguno aprovecha, ſino muerto.* Avarus nulli, niſi cum moritur, bene facit.

Avaramente. Avarè, parcè, ſordidè.

Avaſſallar. Vide *Sujetar.*

Avate. Abſcede, recede. *Avaſe allà.* Recede illuc. *Avaos.* Abſcedite.

Auditòr del Nuncio. Judex, icis.

Auditorio. Concio, nis. *Un auditorio ſe compone de hombres, que ſaben poquiſſimo.* Concio ex imperitiſſimis conſtat.

Grande auditorio tuvo el Predicador. Magno auditorum concurſu concionem habuit, concionatus eſt. Inſolita hominum frequentia oratio ejus excepta eſt. Magna ad illum audiendum hominum multitudo convenit, concurrit. Ædes ſacra tantam hominum frequentiam capere non poterat. Concionis fluctibus templum æſtuabat. Dixit tanta concione, quantum templum eſt.

Huvo muy poco auditorio. Mira fuit auditorum paucitas, exiguus auditorum numerus, orba auditoribus concio, inania ſubſellia. Vacabat undequaque templum. Solum quantum eſt, undique patebat.

Audiencia. Forum, i. Judicium, ii. *Dàr audiencia el Juez.* Dare actionem, vel judicium alicui. *Dàr audiencia al culpado.* Reo defenſionem dare. Reum pro ſe dicentem audire.

Eſtos dias no ay audiencia. Jus his diebus non dicitur. Judicium indictum eſt. Silet forum. Muta eſt curia. Judicia quieſcunt. Negotia forenſia his diebus intermiſſa jacent.

Ave. Avis, is. Ales, itis. Volatilia, ium. *Aves que cantan.* Oſcines, vocales. *Aves de rapiña.* Accipitres. *Que ſe crian en caſa.* Domeſticæ, cicures. *De pata endida.* Fiſſipedes. *De pata llana como ganſos.* Planipedes, um.

Avegentado. Senectutis malis affectus.

Avellano, arbol. Corylus, i. *Avellana.* Corylum, i. Nux avellana. *Avellanada.* Succus, aut jus ex coryliis.

Ave Maria. Salutatio Angelica.

Avena Avena, æ.

Avenado. Vide *Sonlocado.*

Avenida. Alluvies, ei. Alluvio, nis. Fluminis inundatio. *La avenida del rio ha inundado los campos.* Ita alluvione fluvius excrevit, ut præter ripas effluens campos innudaverit, obruerit.

Avenir. Vide *Aconteçer.*

Avenirſe con alguno. Cum aliquo convenire. *Pocos, y mal avenidos.* Pauci animis disjuncti, ſimultatibus impliciti, inter ſe commiſſi. *No podemos avenirnos con él.* Mores ejus nemo noſtrum ferre poteſt, adeo inquietus eſt, & turbulentus. Ejus ferocitatem, & amentiam ſuſtinere non poſſumus. *Allà os avenid con vueſtra herencia.* Tibi habeas hæreditatem.

Avenencia en pleytos. Tranſactio, nis. *Mas vale mala avenencia, que buena ſentencia.* Præſtat utcumque tranſigere, quàm cum magno diſpendio cauſam obtinere.

Aventajarſe à otros. Aliis, vel alios antecellere, excellere, præire, antecedere. Inter alios eminere, præſtare. Primas ferre, principem locum tenere, obtinere, Cæteros ingenio anteire, præcedere, ſuperare.

Aventajado. Egregius, præſtans, excellens.

Aventajadamente. Egregiè, præclarè.

Aventador, ò vieldo. Ventilabrum, i.

Aventar el trigo. Frumentum ventilare, ventilabro excernere, purgare.

Aventarſe el ganado. Pecus conſternatum diffugere.

Aventurarſe. Audere, aggredi. Fortunæ ſe committere.

Aventurar la vida. Dare ſe in diſcrimen, periculo ſe objicere, ſe in aleam caſus committere. Vitam in diſcrimen afferre, adducere, deducere. *Què aventuras en eſto?* Quid dubitas id aggredi? Quid hoc ſuſcipere gravaris? Quid te tenet quo minus ſuſcipias?

Aventuro poca ganancia con mucho peligro. Parum quidem eſt, quod ſperare, multum quod in ea re ſuſcipienda, timere poſſim. Exigua lucri ſpe magnum mihi fortunarum diſcrimen ſubeundum eſt.

Quid amittere poſſim video, quid lucrari poſſim non diſpicio. *Quien no ſe aventura, no paſſa la mar.* Audentes fortuna juvat. Tentando ad Trojam pervenere Pelaſgi.

Aventureros. Honorari bellatores.

Aver, ò exiſtir. Eſſe, exiſtere. *Ay muchos poetas.* Eſt poetarum copia. Multi poetæ exiſtunt. *Avrà entre ellos diſcordias, avrà embidias.* Erunt inter eos diſſidia, ſimultates exorientur. *Conmigo lo has de aver.* Mecum tibi res erit. Ad utrumque noſtrum res rediit.

Aved miſericordia de mi. Miſeremini mei. *Averſe blandamente con él.* Perhumaniter illum accipere, blandè tractare, comiter appellare, mitiùs cum illo agere. *Huvoſe bien.* Prudenter ſe geſſit, præclarè ſe habuit.

Avergonzarſe. Pudet, ebat. Erubeſco, is. *Avergonzado eſtoy de lo que hice.* Pudet me facti. Feciſſe me piget. *No quiero avergonzar à nadie.* Neminem traducere ſtudeo.

Avergonzado. Pudibundus, pudore ſuffuſus. *De avergonzado ſe eſcondiò.* Pudore correptus ſe abdidit. Præ pudore tenebras petitit.

Averiguar. Exploro, as. Comperio, is. Deprehendo, is. *Tenerlo averiguado.* Compertum, aut exploratum aliquid habere. *Averiguelo Vargas.* Dignus Deo vindice nodus.

Averiguar alguna queſtion. Quæſtionem, aut controverſiam excutere, diſcutere. *No ay quien ſe pueda averiguar con él.* Nemo eſt qui illum ſuſtinere, aut coercere poſſt. *Vellaco averiguado.* Sceleris manifeſtus, in ſcelere deprehenſus.

Averiguacion. Inquiſitio, indagatio rei. Cauſæ confirmatio.

Averſo. Averſus, abhorrens, tis.

Aveſtruz. Struthiocamelus, i.

Avezarſe. Vide *Acoſtumbrarſe.*

Aveces. Interdum. *Aveces bobeas ſin*

Atufarſe. Stomachari, ſubiraſci.

Atufado. Ira turbidus, percitus.

Atún. Tynnus, i. *Atún pequeño.* Cordyla, æ. Pelamis, idis.

Aturdirſe. Concuti, conſternari, conturbari caſu aliquo. *Aturdiòle.* Hominem ſtupefecit, conſternavit. *Aturdido.* Attonitus, conſternatus, perturbatus.

Atuſar. Attondere ad æqualitatem.

Atuſado. Attonſus, a, um.

A ANTE V.

Avanguardia. Vide *Vanguardia.*

Avanico. Flabellum, i.

Avantal. Supparus, vel ſupparum, i.

Avanzo. Vide *Alcanço de cuenta.*

Averitia. Avaritia, æ. Inexplebilis pecuniæ aviditas. Auri ſacra fames. Djvitiarum effrænata cupiditas. Inſatiabilis pecuniæ ſitis. Nimia, ſumma, immenſa, incredibilis habendi cupiditas.

Avàro, ò avariento. Avarus, pecuniæ cupidus, ſordidus, ſtrictus, tenax.

Es muy avariento. Pervet avaritia. Flagrat inſatiabili auri, & argenti cupiditate. Avaritiam ejus nullus pecuniæ modus explere poteſt. Nimis pecuniæ ſtudet. Omnis in re augenda ejus deſudat induſtria. Sui nimium tenax eſt, alieni cupidus, ſi quiſquam alius. Divitias ita ſitienter appetit, & avaritiæ ſtimulis agitatur, ut ejus cupiditati anguſtus orbis terrarum eſſe videatur. In magnis opibus pauper eſt. Nullus divitiarum cumulus aviditati ejus pars eſſe poteſt.

Al avariento tan poco le aprovecha lo que tiene, como lo que no tiene. Tam deeſt avaro quod habet, quàm quod non habet. *El avariento es como el puerco, que à ninguno aprovecha, ſino muerto.* Avarus nulli, niſi cum moritur, bene facit.

Avaramente. Avarè, parcè, ſordidè.

Avaſſallar. Vide *Sujetar.*

Avate. Abſcede, recede. *Avaſe allà.* Recede illuc. *Avaos.* Abſcedite.

Auditòr del Nuncio. Judex, icis.

Auditorio. Concio, nis. *Un auditorio ſe compone de hombres, que ſaben poquiſſimo.* Concio ex imperitiſſimis conſtat.

Grande auditorio tuvo el Predicador. Magno auditorum concurſu concionem habuit, concionatus eſt. Inſolita hominum frequentia oratio ejus excepta eſt. Magna ad illum audiendum hominum multitudo convenit, concurrit. Ædes ſacra tantam hominum frequentiam capere non poterat. Concionis fluctibus templum æſtuabat. Dixit tanta concione, quantum templum eſt.

Huvo muy poco auditorio. Mira fuit auditorum paucitas, exiguus auditorum numerus, orba auditoribus concio, inania ſubſellia. Vacabat undequaque templum. Solum quantum eſt, undique patebat.

Audiencia. Forum, i. Judicium, ii. *Dàr audiencia el Juez.* Dare actionem, vel judicium alicui. *Dàr audiencia al culpado.* Reo defenſionem dare. Reum pro ſe dicentem audire.

Eſtos dias no ay audiencia. Jus his diebus non dicitur. Judicium indictum eſt. Silet forum. Muta eſt curia. Judicia quieſcunt. Negotia forenſia his diebus intermiſſa jacent.

Ave. Avis, is. Ales, itis. Volatilia, ium. *Aves que cantan.* Oſcines, vocales. *Aves de rapiña.* Accipitres. *Que ſe crian en caſa.* Domeſticæ, cicures. *De pata endida.* Fiſſipedes. *De pata llana como ganſos.* Planipedes, um.

Avegentado. Senectutis malis affectus.

Avellano, arbol. Corylus, i. *Avellana.* Corylum, i. Nux avellana. *Avellanada.* Succus, aut jus ex coryliis.

Ave Maria. Salutatio Angelica.

Avena Avena, æ.

Avenado. Vide *Sonlocado.*

Avenida. Alluvies, ei. Alluvio, nis. Fluminis inundatio. *La avenida del rio ha inundado los campos.* Ita alluvione fluvius excrevit, ut præter ripas effluens campos innudaverit, obruerit.

Avenir. Vide *Aconteçer.*

Avenirſe con alguno. Cum aliquo convenire. *Pocos, y mal avenidos.* Pauci animis disjuncti, ſimultatibus impliciti, inter ſe commiſſi. *No podemos avenirnos con él.* Mores ejus nemo noſtrum ferre poteſt, adeo inquietus eſt, & turbulentus. Ejus ferocitatem, & amentiam ſuſtinere non poſſumus. *Allà os avenid con vueſtra herencia.* Tibi habeas hæreditatem.

Avenencia en pleytos. Tranſactio, nis. *Mas vale mala avenencia, que buena ſentencia.* Præſtat utcumque tranſigere, quàm cum magno diſpendio cauſam obtinere.

Aventajarſe à otros. Aliis, vel alios antecellere, excellere, præire, antecedere. Inter alios eminere, præſtare. Primas ferre, principem locum tenere, obtinere, Cæteros ingenio anteire, præcedere, ſuperare.

Aventajado. Egregius, præſtans, excellens.

Aventajadamente. Egregiè, præclarè.

Aventador, ò vieldo. Ventilabrum, i.

Aventar el trigo. Frumentum ventilare, ventilabro excernere, purgare.

Aventarſe el ganado. Pecus conſternatum diffugere.

Aventurarſe. Audere, aggredi. Fortunæ ſe committere.

Aventurar la vida. Dare ſe in diſcrimen, periculo ſe objicere, ſe in aleam caſus committere. Vitam in diſcrimen afferre, adducere, deducere. *Què aventuras en eſto?* Quid dubitas id aggredi? Quid hoc ſuſcipere gravaris? Quid te tenet quo minus ſuſcipias?

Aventuro poca ganancia con mucho peligro. Parum quidem eſt, quod ſperare, multum quod in ea re ſuſcipienda, timere poſſim. Exigua lucri ſpe magnum mihi fortunarum diſcrimen ſubeundum eſt.

Quid amittere poſſim video, quid lucrari poſſim non diſpicio. *Quien no ſe aventura, no paſſa la mar.* Audentes fortuna juvat. Tentando ad Trojam pervenere Pelaſgi.

Aventureros. Honorari bellatores.

Aver, ò exiſtir. Eſſe, exiſtere. *Ay muchos poetas.* Eſt poetarum copia. Multi poetæ exiſtunt. *Avrà entre ellos diſcordias, avrà embidias.* Erunt inter eos diſſidia, ſimultates exorientur. *Conmigo lo has de aver.* Mecum tibi res erit. Ad utrumque noſtrum res rediit.

Aved miſericordia de mi. Miſeremini mei. *Averſe blandamente con él.* Perhumaniter illum accipere, blandè tractare, comiter appellare, mitiùs cum illo agere. *Huvoſe bien.* Prudenter ſe geſſit, præclarè ſe habuit.

Avergonzarſe. Pudet, ebat. Erubeſco, is. *Avergonzado eſtoy de lo que hice.* Pudet me facti. Feciſſe me piget. *No quiero avergonzar à nadie.* Neminem traducere ſtudeo.

Avergonzado. Pudibundus, pudore ſuffuſus. *De avergonzado ſe eſcondiò.* Pudore correptus ſe abdidit. Præ pudore tenebras petitit.

Averiguar. Exploro, as. Comperio, is. Deprehendo, is. *Tenerlo averiguado.* Compertum, aut exploratum aliquid habere. *Averiguelo Vargas.* Dignus Deo vindice nodus.

Averiguar alguna queſtion. Quæſtionem, aut controverſiam excutere, diſcutere. *No ay quien ſe pueda averiguar con él.* Nemo eſt qui illum ſuſtinere, aut coercere poſſt. *Vellaco averiguado.* Sceleris manifeſtus, in ſcelere deprehenſus.

Averiguacion. Inquiſitio, indagatio rei. Cauſæ confirmatio.

Averſo. Averſus, abhorrens, tis.

Aveſtruz. Struthiocamelus, i.

Avezarſe. Vide *Acoſtumbrarſe.*

Aveces. Interdum. *Aveces bobeas ſin*

què, ni para què. Interdum ineptè ſtultus es. *Hablèmos à veces.* Viciſim dicamus. Alternis loquamur. *Oygamos à veces.* Invicem, aut viciſim audiamus.

Avecindarſe en algun Lugar. Sedem, ac domicilium in aliquo oppido collocare. Alicui civitati aſcribi.

Aviar alguna coſa. Mulioni, aut viatori aliquid portandum dare, tradere.

Avieſo. Pravus, diſtortus. *Avieſo ha ſalido eſte mozo.* Expectationi, quæ de adoleſcente habebatur, non reſpondit. Pravis, & corruptis moribus evaſit.

Avilantèz. Confidentia, æ. Animi, orum.

Avinagrarſe. Aceſco, coaceſco, is.

Avinagrado. Acidus, acer, acris.

Avion, ò vencejo. Apus, odis.

Aviſar. Moneo, admoneo, commoneo, es.

Aviſadme del eſtado de vueſtras coſas. De tuis me rebus fac diligenter edoceas, erudias. Velim de tuarum rerum ſtatu me certiorem facias, reddas. Quo loco res tuæ ſint, quo in ſtatu verſentur, admone, renuntia, ſcribe.

Aviſale de lo que debe hacer. Fac illum officii commoneas, admoneas, commonefacias. *No digas que no te aviſo.* Moneo, prædico, & ante denuntio. Cave dicas non tibi prælictum.

Aviſan para adelante. Cave in poſterum præſenti periculo edoctus. Cave unquam poſthàc id te admittas.

Aviſado. Prudens, cautus.

Aviſo. Monitum, admonitio, conſilium. *De nuevas.* Nuncius, renuntiatio.

Avivar. Excito, as. Stimulo, as. Acuo, is. Accendo, is. *Avivate.* Expergiſcere. Te ipſum excita. Ede naſturtium. Adſis animo, atque intelligentiam excute. *Aviva eſſa luz.* Emunge lucernam.

Anventar. Vide *Abuyentar.*

Aula. Vide *General.*

Aullar. Ululo, as. *Aullido.* Ululatus, us.

Aumentar. Augeo, es. *Aumentas con eſſo mi dolor.* Dolorem hoc modo mihi auges, dolorem meum accendis, incendis. Dolorem jam ſopitum tuis litteris excitas. Dolorem meum refricas, graviorem reddis, efficis.

Aumento. Acceſſio, nis. Incrementum, i.

A una todos. Simul, unà, pariter.

Aunarſe. Conſpiro, as. Convenio, is.

AUN. Etiam, vel. *Aun à los mas triſtes hizo reir el caſo.* Etiam triſtiſſimis riſum caſus expreſsit. *Aun à los enemigos causàra laſtima.* Vel inimicis dolorem commoveret. Vel hoſtes miſericordia moverentur. * *Aun tù mejor libraſte.* At tecum meliuſculè actum eſt. *Aun yo tenia eſcuſa.* At mihi excuſatione uti licuit.

AUN (todavia) Etiam nunc Adhuc. *Aun pienſas ſalir con ello?* Etiam nunc contendis? *Aun tenemos buen pleyto.* Adhuc cauſa nobis integra eſt.

AUN no. Nondum, adhuc non. *Y à veces ſe uſa elegantemente.* Nihildum. *Ya lo he mirado, pero aun no he tomado reſolucion.* Deliberavi quidem, ſed nihildum decrevi. *Aun no tenia noticia de ſu venida.* Nihildum audieram de adventu ejus. *Y aun no.* Necdum. Nequedum. *Y aun no ha ſalido de Roma.* Nequedum Roma eſt profectus. Vide *Y aun.*

* *Aunque (con indicativo)* Quamquam, Etſi, Tametſi. *Pero aunque no tiene culpa, no eſtà libre de ſoſpecha.* Verumtamen, quamquam abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret. *Miedo nos tiene, aunque lo diſſimula.* Metuit hic nos, tametſi diſſimulat. * *Aunque (con ſujuntivo)* Quamvis, Etiamſi, Licetſi. *Aunque ſe haya de perder otro tanto.* Etiamſi alterum tantum perdendum ſit. *Bolver? no lo harè, aunque me lo ruegue.* Redeam? non ſi me obſecret. *Ni aunque yo quiſiera, fuera eſſo facil.* Ne ſi velim quidem, id facilè poſſim. * *A veces* Aunque, es vel. *Hicieralo,*

ralo, aunque de mala gana. Facerem vel invitus. *Ello ſe lo dice, aunque tu lo callas.* Vel te tacente, res ipſa loquitur.

* *Aunque &c. pero, en eſpecial, ò mucho mas.* Cum dic, tum maximè, tum præcipuè, tum in primis. *Aunque toda virtud parece bien en los mozos, pero en eſpecial la verguenza.* Adoleſcentes cùm omnis virtus, tùm in primis verecundia commendat. *Aunque en toda edad es mancha fea la de la luxuria, pero mucho mas en la vejèz.* Luxuria cùm omni ætate turpis, tùm maximè ſenectuti fœdiſſima eſt. Cic.

* *Aunque no ſuera, ſino.* Vel. *Aunque no ſuera, ſino por no faltar à tu palabra, avias de venir.* Vel ut fidem datam ne falleres, veniendum fuit. *Aunque no ſea ſino por evitar pleytos, me componderè con la parte.* Vel judicii laqueos ut declinem, cum adverſario tranſigam.

Avocar. Vide *Abocar.*

Aurora. Vide *Alva.*

Auſencia. Abſentia, æ. *Siento mucho tu auſencia.* Ægrè fero igniculum deſiderii tui. Dolet mihi quod abſis. Deſiderium tui ferre non poſſum.

Auſentarſe. Abeo, is. Diſcedo, is.

Auſente. Abſens, tis. *Eſtarlo.* Abſum, es.

Auſtero. Auſterus, aſper, a, um.

Autarda, ave. Gradipes, edis.

Autentica coſa. Authenticus, a, um.

Autenticar Vide *Autorizar.*

Autillo, ave. Otis, idis.

Auto de Juez. Decretum, i. Acta, orum.

Auto de Inquiſicion. Animadverſio publica in hæreticos. Ferale ſpectaculum, quo hæretici publicè puniuntur.

Autos ſacramentales. Scenici actus, qui in feſto Corporis Chriſti pietatis cauſa exhibentur.

Autor. Author, oris. *De hiſtoria.* Hiſtoricus, i. Scriptor, is. *Autor claſico.* Primæ notæ author. Claſicus author. *Autores ruines.* Capite cenſi ſcriptores.

Autor el principal en algun negocio. Author princeps, caput, ſuaſor, impulſor, dux, hortator, rei machinator, ſceleris architectus, & molitor. Qui facem præfert, chorum ducit, claſicum canit ad facinus.

Autoridad. Authoritas, tis. *Autoridad de eſcritura.* Fides tabularum.

Es hombre de mucha autoridad. Eſt in illo authoritatis plurimum. Magnam habet authoritatem. Valet authoritate plurimum. Vir authoritate præditus authoritate gravis, vir graviſsimus.

Autorizar. Authoritatem facere, conciliare. Authoritatem alicui dare, dignitatem afferre. *Autorizar teſtamento, ò eſcritura.* Teſtamentum, aut tabulas ex jure, & legibus obſignare, teſtium authoritate confirmare, munire. *Autorizar con el dicho de otro.* Ab aliquo authoritatem petere, ejus teſtimonio aliquid confirmare.

Auxilio. Vide *Socorro.*

A ANTE X.

Axes. Vide *Achaques.*

Axaqueca. Cephalea, æ.

Axedrea, yerva. Tymbra, æ. Satureia.

Axedrèz. Latrunculorum ludus.

Axenjos. Abſyntium, ii.

Axenùz. Vide *Negnilla.*

Axorcas. Vide *Manillas.*

Axuàr de caſa. Suppellex, ctilis.

Axufayna. Vide *Almoſia.*

Axioma. Axioma, atis.

A ANTE Y.

Ay (interjeccion) Heu, hei.

Ay de mi. Hei mihi, heu me.

Ay, ay que viene. At, at, ecce eum.

Ay lo que has dicho. Heu, quid dixiſti?

Ay (del verbo Aver) Eſt, vel ſunt.

Ay muchos inconvenientes. Sunt multa, quæ obſtant. *No ay que replicar.* Nihil eſt quod reclames. *Ay otro mal.* Eſt & aliud malum. Illud quoque accedit in-

commodum. *No ay que reparar en esso.* Momenti non est.

Ay mas que llamarle? Quid obstat, quo minus vocetur? Quid morae est, quin vocetur? *Ay mas que restituirlo?* Restituetur, quid tum? *Ay mas que vaciallo?* Effundetur, quid tum postea? *Ay mas que sacar la mancha?* Eluetur macula, quid deinde?

No ay mas, que desterrarle sin oirle? Siccine indicta causa in exilium ejicietur? Itane inauditus, indemnatusque exulabit? *No ay sacarle de ahi.* Nulla ratione, nullis conditionibus eum inde dimoveas. Vide *No.*

Aya, arbol. Fagus i.

Ayer. Heri, hesterno die.

Ayo. Pædagogus, i. *Ya no he menester ayo.* Jam ex pueris excessi, nec mihi moderator opus est, qui moneat, & instruat.

Ayrarse. Irascor, erir. Succenseo, es.

Ayrado. Iratus, ira percitus, incensus, inflammatus. *El ayrado de todo echa mano.* Furor arma ministrat.

Ayre. Aër, is. *Ayrecico.* Aura, æ.

Ayre recio. Ventus, i. *Levantarse ayre.* Ventus exoritur. *Corre ayre.* Flat ventus. *Arrecia el ayre.* Ventus increbrescit. *Todo lo anda el ayre.* Aër omnia permeat.

Ayre que respiramos. Anima, æ. Spiritus, us. *Buen ayre de letra.* Pulcra litterarum forma. Speciosa manus. *En el ayre lo hare.* Quàm citissimè efficiam. *Matalas en el ayre.* Aves sagittis excipit, volantesque trajicit. Celeritate ingenii omnia assequitur. *Es cosa de ayre.* Vana haec, & inania.

Ayroso mancebo. Venustus adolescens. *Ayroso talle.* Corporis habitus venustus, & elegans. *Ayrosamente danza.* Scite, & arrè saltat. Quocumque membra vertit, venustè cadunt.

Ayrones. Pennae pretiosae in pileo.

Ayslado. Aquis undique interclusus.

Ayuda. Auxilium, opis, subsidium, præsidium, adjumentum. *Con la ayuda de Dios.* Annuente Deo. Divino aspirante numine. Deo duce, Deo auspice. Faventibus superis.

Ayuda, ò melecina. Clyster, eris.

Ayudador. Fautor, adjutor, oris.

Ayudadora. Fautrix, adjutrix, icis.

Ayudar. Auxilior, opitulor, adjuvo, as. Auxilium, aut opem ferre, afferre, præstare. Se adjutorem alicui præbere, exhibere, ab illo stare, facere. *Ayudais à quien no la ha menester.* Solem facibus, adjuvas.

Ayuno. Jejunium, abstinentia, inedia.

Ayunar. Abstinere cibo, se cibo abstinere. Corpus inedia affligere, macerare. *Dixoles que ayunassen.* Famem illis indixit. *Estoy en ayunas.* Jejunus sum. Integram famem ad ovum affero.

Ayunar à pan, y agua. Pane tantum, & aqua victitare. Omnem potum, & cibum, pane & aqua exceptis, sibi interdicere. Nihil cibi, & potus, præter panem, & aquam sumere, gustare, adhibere.

Ayunque. Incus, dis.

Ayuntar. Jungo, is. Vide *Juntar.*

Ayuntamiento de los del govierno. Concilium, consilium, senatus, us. *Oy es dia de ayuntamiento.* Hodie concilium agitur, cogitur, convocatur, habetur. Hodie senatus advocatur, habetur. *Ayuntamiento carnal.* Concubitus, us. Coitus venereus. *Tenerle.* Libidinosè conjungi, coire, commisceri.

A ANTE Z.

Aza, heredad sembrada. Seges, etis.

Azacanes. Agrestes operæ.

Azada. Sarculum, i.

Azadon. Ligo, nis.

Azadonada. Ligonis ictus.

Azafate. Calathus, i. Quasillus, i.

Azafata. Ancilla, quæ cultum, mundumque mulierbrum Reginæ ministrat.

Azafràn Crocus, i. *Azafranar.* Croco aliquid tingere, inficere. *Azafranado.* Croceus, a, um. Croco tinctus.

Azagaya. Aclis, idis. Telum, i.

Azahar, flor. Flos mali Medici. *Agua de azahar.* Succus ex flore citreo expressus, liquatus.

Azàr, mal aguero. Infelix omen. *En los dados.* Canis jactus.

Azarandar. Evanno, as.

Azarcon. Cæruleus cinus ex plumbo.

Azavache. Gagates, æ. Achates, æ.

Azevachero. Gagatarius, ii.

Azebo. Aquifolium, vel aquifolia, æ.

Azebuche. Oleaster, tri.

Azemilla. Mulus, i.

Azemillero. Muli, nis.

Azeña. Hydromila, æ.

Azenoria. Pastinaca, æ.

Azero. Chalybs, bis.

Azeyte. Oleum, ei. *De comer.* Cibarium. *De almendra.* Amygdalinum.

Azeyte rosado. Rosaceum oleum.

Azeytera. Lecythus, i.

Azeytero. Olearius, ii.

Azeytuna. Olea, æ. Oliva, æ. *Sevillana.* Regia. Majorana. *Manzanil, zapatera.* Vulgaris, gracilis, exigua. *Azeytunas adobadas.* Oleæ conditanæ, colymbades.

Azeytuna, arbol. Olea, æ. Oliva, æ.

Aziago dia. Atra dies.

Azisl. Camus, i.

Azofar. Æs fusile. Aucichalcum.

Azogue. Argentum vivum. *El artificial.* Hydrargyrum.

Azogar el espejo. Argento vivo speculi vitrum linere. *Hombre azogado.* Hydrargyro afflatus.

Azomar el perro. Canem instigare, in aliquem irritare, incitare.

Azor. Accipiter, tris.

Azorarse. Expavescere, consternari.

Azorado Exterritus, consternatus.

Azotar. Vide *Açotar.*

Azotèa, ò azutèa. Ambulacrum superius, ventis pervium.

Azada. Antlia, æ. Hausirum, i.

Azul celeste. Cæruleus. *Azul turquesl.* Cyaneus. *Azul claro de los ojos.* Cæsius. *Azulado.* Cæruleo colore tinctus.

Azulejo. Tessela, æ. *Suelo de azulejos.* Tessellatum pavimentum. Asiaro tum, i.

B ANTE A.

Baba. Sputum ore defluens. *Caesele la baba.* Sputa illi defluunt, vel amore ejus stupet.

Babador. Infantium supparus.

Babosear. Ore immundo aliquid fœdare, inquinare, polluere.

Baça en el juego de naypes. Chartæ lusoriæ ad vincentem appositæ. *No le dexè hacer baça.* Consiliis ejus obstiti.

Bacallao. Asellus salitus.

Bachillèr. Baccalaureus, i.

Bachillerejo. Sciolus, dicaculus, i.

Bachilleria. Argutiola, æ. Argutiæ, arum. *Vuestras bachillerias os hacen daño.* Tuis te acuminibus pungis. Tuis te argutiis prodis.

Bacìa. Labrum æneum. Peluis, is.

Baciar, y Bacìo. Vide in *v.*

Bacin, ò servicio. Schaphium, ii. Lasanum, i. *Bacinada.* Scaphii purgamentum.

Baço de azadura. Splen, ii. Licen, nis.

Baço, moreno. Fuscus, a, um. *Pan baço.* Panis secundarius.

Baçofia. Purgamenta, sordes, fæx, cis.

Baculo. Baculus, i. Scipio, nis. *De Obispo.* Pastoralis lituus. *Baculo de mi vejez.* Subsidium senectutis meæ.

Bacilar. Labo, as. Vacillo, as.

Badajo. Lingua cymbali. Malleus, ei.

Badajadas. Convitia, contumeliæ.

Badana. Pellis ovina concinnata.

Badèa. Melopepo fungosus. Metaphoricè. Homo segnis, & ignavus.

Badil. Batillum, i. Rudicula, æ.

Badulaque. Illinctus, us. *Con que se afeytan las mugeres.* Offucia, æ.

Badurrina. Cœnum, fæx, fentina, æ.

Bagage. Impedimenta, orum. Sarcinæ.

Baho. Vapor, oris. Halitus, us.

Babear. Exhalo, as. Evapòro, as.

Babarada. Exhalatio, nis.

Bahìa del mar. Sinus, nus. Statio, nis.

Baybèn. Fluctuatio, motus anceps.

Baldo de cabeça. Vertigo, inis.

Baylar. Salto, as. Tripudio, as. Pede plaudere, & digitis crepare. *Baylar sin son.* Extra numerum saltare. *Baylarle el agua delante.* Pulpum alicui obtrudere. Ad ejus nutum gestire. Adulor, aris. *Ojos baylones.* Oculi ludibundi.

Baylador, ò baylarìn. Saltator, oris.

Bayladora. Saltatrix, icis.

Bayle. Tripudium, saltatio, chorèa, æ.

Bayo, color. Spadiceus, puniceus.

Bala de arcabùz. Pila plumbea.

Bala de libros. Sarcina librorum.

Balas de Imprenta. Pelliceæ pilæ.

Baladì cosa. Frivolus, bliteus, vilis.

Baladron. Blatero, nis. Rabula, loquax.

Balanza. Lanx, cis. *Aun anda en balanzas este negocio.* Tota res etiam nunc fluctuat. Adhuc sub judice lis est.

Balandràn. Lacerna, æ.

Balar las ovejas. Balo, as. *Oveja que bala, bocado pierde.* Nunc dentibus, non verbis opus est. *Balido de ovejas.* Balatus, us.

Balàx, piedra preciosa. Beryllus, i.

Banstre. Clathrum, vel clathrus, i.

Balbuciente. Balvus, lingua hæsitanti.

Balcon. Pergula, æ. Podium, ii.

Baldado. Captus membris, debilis.

Baldìo hombre. Otiosus, malè feriatus. *Baldìo campo.* Ager compascuus, publicus. *Què andas por ahi baldìo?* Quid vagaris, & oberras?

Baldòn. Probrum, opprobrium, convitium.

Baldonar. Vitupero, as. Vide *Afrentar.*

Baldosas. Laterculi impliores.

Balija. Hippopera, æ. Bulga, æ.

Bala del palenque. Septa, orum.

Ballena. Cœtus, i. Balena, æ. Pistrix, icis. Cete *indeclinab.*

Ballenato. Balènæ pullus.

Ballesta. Ballista, æ. Arcus, us. *Armarla.* Arcum intendere, contendere.

Ballestero. Sagittarius, ii. *A veces dispara unos ballestones, que no ay quien le espere.* Interdum tumidas erupit in iras.

Balona. Carbasus ad collum.

Balones, ò calzones. Fœmoralia, ium.

Balsa. Aqua stagnans.

Balsamo, arbolillo. Balsamus, i. *El jugo del balsamo.* Opobalsamum, i.

Baluarte. Propugnaculum, i. *Punta de baluarte.* Rostrum propugnaculi.

Balumba. Vide *Bulto. Gente de balumba.* Imbellis tyronum turba. Numerus.

Bambalear. Nuto, vacillo, titubo, as.

Bambolla. Fastus, us. *Dexate de bambolla.* Ampullas projice. Define follicantibus buccis res tuas jactare.

Banasta. Canistrum, i. Corbula, æ.

Bañar algo. Aliquid aqua tingere, mergere, abluere. *Bañarse.* In balneis, aut flumine lavari. *Bañase con esto en agua rosada.* Gratissimum hoc illi est. In eo se valde amat. Lætitia gestit, voluptate perfunditur incredibili. *Baña los muros el rio.* Flumen muros alluit, mœnia præterfluit.

Bañado en sangre. Sanguine perfusus. *Jarro bañado.* Urceus vitro illitus.

Baño. Balneum, ei. *Baños publicos.* Balneæ, thermæ, arum. *Dar un baño.* Vitro, pice, aut calce imbuere, perfundere. *Cosa del baño.* Balnearius, balneatorius.

Bañero. Balneator, oris.

Banco para sentarse. Scamnum, i. Sedile.

dile. *De respaldar.* Subsellium, ii. *De galera.* Transtrum, i. *Banco de cambio.* Campsoris mensa.

Banda de seda. Fascica serica. *Banda de cavallos.* Turma, æ. Equitum ala. *Hacerse à una banda.* In hanc, aut illam partem inclinare, se dare.

Bandada de aves. Grex avium. Aves gregatim volantes. *Abandadas.* Gregatim, catervatim.

Bando. Vide *Vando.*

Bandurria. Pandura. Chelyx exigua.

Bandùx. Venter Falisicus.

Banquete. Convivium ii. Epulum, i.

Banquetear. Crebrò convivari. Conviviis certare, se mutuo excipere.

Banquillo. Sedecula, æ. Scabellum, i.

Baraunda. Rerum strepitus, confusio, perturbatio. *No me metais en essa barahunda.* Noli me in istam turbam vocare.

Baraja. Chartarum pictarum fasciculus. *Echarse en baraja.* Spem vincendi, folia miscendo, abjicere. *Barajar.* Miscere folia. *Barajòse el negocio.* Res loco mota est.

Barata cosa. Vilis. Quod vili emitur.

Baratos mantenimientos. Annonæ vilitas. *Hacer barato.* Vide *Abaratar. Dar barato el que juega.* Stipem spectantibus à victore in ludo porrigi. *Dos veces mas barato.* Duplo minoris emi. *Meteìslo todo à barato.* Permisces, ac perturbas omnia.

Baratillo. Locus, ubi res viliores, aut detritæ veneunt, venales habentur.

Baratijas. Res minutulæ, quisquiliæ.

Barba. Mentum, i. *Barba, los pelos de ella.* Barba, æ. *Barbilla.* Barbula, æ.

Barbillas de las raices. Fibræ, arum. *Barba de chivo.* Aruncus, i. *Barbas del Gallo.* Gallæi, orum.

Barba larga. Prolixa, vel promissa barba. *Gran barbaça tiene.* Magnam pilorum sylvam gestat. *Criar barba, ò dexarla crecer.* Barbam alere, nutrire. *Hacerla à la marqueſota.* Abradere barbam Italico more. *Hazme la barba, y barète el copete.* Mutuum senes fricant, & muli scabunt.

Barba à barba tratarèmos esto. Coram hæc agemus, facies enim faciem reverentur. *Dixoselo en sus barbas.* Hoc illi in faciem objecit, coram exprobavit. *Subirseoshan à las barbas, si no les mostrais dientes.* Vellent tibi barbam lascivi pueri, illos nisi vultu, aut fuste coerceas. Insultabunt tibi, illos si indulgenter habeas. *Quando vieres la barba de tu vecino pelar, echa la tuya en remojo.* Disce alieno periculo sapiens esse. Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. *Pelabase despues las barbas.* Ex ira, & dolore occasionis amissæ furebat, fremebat, barbam vellebat. *Tiene la barba sobre el hombro.* Cautè graditur. Cavet omnia.

Barbar. Pubescere, pubem emittere, ex ephebis excedere.

Barbado. Barbatus. *Barbadillo.* Barbatulus. *Barbiponiente.* Velliceps. *Barbirroxo.* Ænobarbus. *Barbudo.* Bene barbatus, prolixa barba.

Barbacana. Pomærium, ii.

Barbicacho. Puniculus, seu spira sub mento galerum comprimens.

Barbara cosa. Barbarus, a, um. *Hombre barbaro.* Barbarus, trucibus, vastisque moribus, immanis, inhumanus. *Vive como un Barbaro.* Barbarorum more in diem vivit. Ejus vita ab humano cultu longè abhorret.

Barbaramente habla. Barbarè loquitur. Incultus, & impolitus est ejus sermo, & omnino barbarus.

Barbaria. Barbaries, ei. Barbaria, æ.

Barbecho. Vervactum, i. Arvum i.

Barbechar. Terram proscindere, agrum sementi præparare.

Barbero. Tonsor. *Barbera.* Tonstrix, cis.

Barberìa. Tonstrina, æ.

Barbo, pez. Mullus, i.

Barca, ò barco. Cymba, æ. Scapha, æ.

Barca para passar carros. Ponto, nis.

Barquero. Portitor, oris.

Barquillo para bever. Cymbium, ii.

Barquillos. Vide *Suplicaciones.*

Bardas de cercado. Virgulta, & spinæ ad tegendam sepem. *Saltar las bardas.* Septa transilire. *Aun ay Sol en bardas.* Nondum dies occidit.

Bardar. Spinis tegere, & munire septa.

Barniz. Gummi juniperinum. Saudaracha, æ. Sandix, cis. *Barnizar.* Gummi juniperino linere, perfundere.

Barra de hierro. Vectis, is. *Tirar à la barra.* Pertecam virgam conjicere, contorquere. Ferreæ sudis jactu certare. *Tirò quanto pudo la barra en esta materia.* Quoad potuit rem promovit. In hac re nervos, & vires omnes contendit.

Barra del mar. Sinus, us. *Barra de oro pequeña.* Pala, æ.

Barras de argolla. Facies, vel frons annuli ferrei. *No querrais ganar con daño de barras.* Noli alienis incommodis lucrum facere.

Barraca de Soldados. Castrense tugurium. *De pescador.* Piscatoris casa.

Barrachél de campaña. Lictor, oris.

Barranco. Cœnosus anfractus. Limus profundus. *Ya salimos de este barranco.* Jam è vadis emersimus, & scopulos prætervecti sumus.

Barrena, ò barreno. Terebra, æ. *Barrenico.* Terebellum, i. *Dar un barreno al navio.* Navem perforare, quò in profundum deprimatur. *Tiene bravo barreno.* Ventosum cerebrum.

Barrenar. Terebro, as. Verterebro, as. Terebra perfodere.

Barreñon. Labrum fictile.

Barrer. Verro, is. Scopis pavimentum purgare. *Barrendero.* Scoparius, ii. *Llevarlo todo à barrisco.* Totum cum pulvisculo converrere.

Barrera. Cavea, æ. Tabulata, orum.

Barrial. Solum argillosum.

Barriga. Venter, tris. Alvus, i. *Barrigudo.* Ventrosus. Prominenti alvo.

Barril de vino. Lagena, æ. *De polvora.* Vas sulphurei pulveris. *De escaveche.* Orca salsamentaria. *De aceytunas.* Olearum seria.

Barrio. Vicus, i. Vicinia, æ. *Alborotais el barrio.* Vicinam convocas, dum tragœdias excitas.

Barro. Lutum, i. Agilla, æ.

Barros en la cara. Vari, orum.

Barruntar. Auguror, ominor, aris. *Si barrunta algo de esto mi padre?* Numquid pater suboluit? Vereor ne aliquâ hoc resciscat.

Barrunta. Divinatio, augurium, ii.

Basa. Basis, is. *De coluna.* Stylobates, æ.

Bascas. Nausea, æ. Vide *Asco.*

Basilisco. Basiliscus, i. Regulus, i.

Bastar. Sufficere, satis esse. *Basta, y sobra.* Satis, superque. *Basta de burlas.* Hactenus de jocis. Satis jocorum est. Affatim jocati sumus. *Bastale lo que tiene.* Satis multa possidet, his contentus sit.

Bastante cosa. Sufficiens, quod satis est. *Bastantemente.* Satis, affatim.

Basta cosa. Crassus, impolitus, a, um. *Paño basto.* Pannus crasso filo. *Hombre basto.* Facie, membrisque vastus.

Bastas de colchones. Sutura laxior.

Bastardo hijo. Nothus, i. Spurius, ii.

Bastardear. A suis majoribus degenerare, desciscere.

Bastecer. Vide *Proveer.*

Bastimento. Annona, æ. Cibaria, orum, Commeatus, us. *Proveer de bastimentos la Ciudad.* Cibaria in urbem invehere, inferre. Annona urbem sublevare.

Bastidor de puerta. Antæ, arum. *De bordador.* Tibicines, seu fulcra, quæ telam acu pingentium sustinent.

Baston. Baculus, i. Fustis, is. *De Capitan General.* Imperatoria rudis.

Batalla. Prælium, pugna, æ. *Batalla muy reñida.* Magna belli contentio. *Sacar el exercito à batalla.* Copias in aciem producere. *Entrar en batalla.* Prælium, vel pugnam inire. *Muriò en batalla.* In prælio occubuit. In acie cecidit.

Bien nos saliò la batalla. Secundo Marte usi sumus. Prælium sumus satis feliciter. Fortuna nobis in prælio adfuit. Fœlicem pugnæ exitum sortiti sumus. Ex sententia pugnavimus.

No queria dar la batalla. Pugnam detrectabat. A prælio abhorrebat. Prælium recusabat. Acie decernere nolebat. Gravatè signa contulit. A conflictu abstinendum censebat.

Batallar sobre algo. Vide *Porfiar.*

Batan. Batuarium, ii.

Batanar. Batuo, is. Vide *Batir.*

Batata planta. Battata, æ.

Batèl, ò esquife. Scapha, æ.

Bateria. Ictus oppugnatio. *El lugar de la bateria.* Tormentorum suggestus. *Quanta bateria le dieron, para que desistiesse!* Quanta cum illo contentione egerunt, ut incœpto desisteret! Quantopere conati sunt constantiam ejus labefactare! Quam enixè contenderunt, ut à proposito averterent, à sententia deterrerent!

Batir. Quatio, is. Percutio, is. Verbero, as. Batuo, is. Ariete mœnia quatere, quassare, tormentis verberare, oppugnare. *Bate la mar en los muros.* Mare urbis alluit mœnia. *Aqui viene à batir todo.* Huc universa causa deducitur. In hoc cardine tota res vertitur.

Batir moneda. Monetam cudere.

Batidero del agua. Crepido, inis.

Batidor del oro. Bractearius, ii.

Batil Arca camerata.

Bausan. Stupidè ore hians.

Bautismo, ò bautizo. Baptismus, i. Baptisma, tis. *Dia del bautismo.* Dies lustricus. *Bautisterio.* Lavacrum regenerationis. Baptisterium, ii.

Bautizar. Infantem lustrali aqua tingere, immergere, abluere, conspergere, perfundere, sacro fonte lustrare, baptismate initiare, expiare. *Bautizaislo con nombre de virtud.* Honestum nomen turpi rei imponis.

Baxar. Descendo, is. Vide *Abaxar.*

Baxada. Descensus, us. Descensio, nis.

Baxar, ò descolgar algo. Dimitto, is.

Baxar los precios de las cosas. Rerum venalium pretium minuere. *Baxadò han las mercadurias.* Viliùs merces veneunt, minoris æstimantur.

Baxada de la moneda, y otras cosas. Vilitas, tis. Pretii diminutio, vile pretium.

Baxa cosa. Res humilis, abjecta, sordida, vilis. *Baxa venganza.* Ultio sordida, indigna. *En voz baxa.* Summissa voce. *Baxa està el agua.* Depressa est aqua, altè jacet.

Gran baxa han dado nuestras cosas. Pejore loco res nostræ esse non possunt, quàm in quo nunc sitæ sunt. Ab excitata fortuna ad inclinatam, ac pœnè jacentem devenimus.

Baxo lugar. Depressus locus. *El mas baxo.* Imus, infimus. *Hombre baxo de baxa suerte.* Loco humili natus, ignobilis, obscurus, terræ filius. Infimi generis, aut conditionis homo, tenuis, inglorius. *Baxo de cuerpo.* Corpore pusillus, statura humili. *Hablar baxo.* Summissè, aut depressa voce loqui. *Muy baxo anda el guitarròn.* Rudi Minerva, & crasso filo opus commissisti. Serpit humi stylus, & oratio languet.

Baxamente. Humiliter, demissè, abjectè, servilitèr. *Baxamente se huvo en esso.* Demissè, ac servilitèr in eo se gessit.

Baxamente lo ha hecho con nosotros. Sordidè, & indignè nobiscum egit. Parcum, & illiberalem se nobis exhibuit. Illiberaliter nos habuit, accepit, excepit. Non pro eo, ac debuit, nos tractavit. Infra dignitatem accepti ab eo sumus. Non nostris meritis paria retulit.

Baxeza. Indignitas, humilitas, ignobilitas, tis. Sordes, ium. *No hagais seme-*

jante baxeza. Noli rem facere, & te, & tuis majoribus indignam. Ne te eo demittas, unde tibi infamia hæreat. Cave id in te admittas, unde abjecti animi notam subeas. Ne committas, ut sordidus, & viliis esse videaris.

Baxèl. Phaselus, i. Ratis, is.

Baxilla. Aurea, vel argentea vasa.

Baxìos. Cœci scopuli. Syrtes, ium.

Baxo en la musica. Succentor, oris.

Baxòn. Tuba grave sonans. *El que le toca.* Tubicen, inis.

B ANTE E.

Beata. Pia, & religiosa mulier.

Beato. Beatus. Vide *Santo. Beatòn.* Pietatis immodicus, quam gestu, & habitu præ se fert. *Nogociar à lo beato.* Pietatis specie suis rebus consulere.

Beatificar. Beatorum numero aliquem adscribere, beatorum honores illi indicere, decernere. *Beatificacion.* Cultus beato indictus. Indictio cultus.

Beatilla. Linum tenuissimum. Byssus, i.

Beca. Redimiculum ad collum, cujus extrema ad tergum rejecta pendent. Trabea purpurea, vel cœruela. *Dicronle la beca.* Cooptatus est in collegium.

Becerro. Vitulus, i. Juvencus, i.

Becerra. Vitula, æ. Juvenca, æ.

Becoquin. Capitium, ii.

Beço, ò Bezo. Labrum prominens. Labium, ii. *Bezon.* Vide *Belso.*

Bedèl. Apparitor Academiæ.

Besa. Contumelia, æ. Vide *Afrenta.*

Bebetrìa. Multitudinis strepitus, aut murmur inconditum. *Lugar de bebetrìa.* Ubi nobiles, & ignobiles eodem jure censentur, pariterque ad honores admittuntur.

Baldad, ò belleza. Venustas, tis.

Bella cosa. Bellus, formosus, venustus.

Belso. Labeo, inis. Chilo, nis.

Belicoso. Bellicosus, pugnax, cis.

Belitre. Homo diabolaris.

Bellota. Glans, dis. *Arbol que las lleva.* Arbor glandifera.

Bendecir. Benedico, is. Beneprecor.

Bendicion. Benedictio, nis. *Echarla.* Benedictionem impertire, beneprecari alicui. *Mil bendiciones le echamos.* Diu multumque bene illi precati sumus. Maximas illi pro meritis gratias egimus. *Yo echo la bendicion à los estudios.* Litterarum studiis valedico.

Beneficio, ò merced. Beneficium, ii. Meritum, i. *Tengo esto por gran favor, ò beneficio.* Hoc maximi beneficii loco pono, maximi apud me meriti locum obtinet. Vide *Favor*, y *Merced.*

Ganastame por la mano con beneficios. Beneficiis me ultrò provocasti. Benefactis me præivisti, occupasti, antevertisti. Prior me beneficiis appetisti, affecisti. Occupasti prior benemereri.

Dàr en rostro con el beneficio. Beneficia sua alicui objicere, exprobrare. *Tener el beneficio por afrenta.* Accipere beneficium in contumeliam.

Beneficio Eclesiastico. Sacerdotium, ii. Ecclesiasticum beneficium. *Patrimonial.* Patrium, gentile. *Beneficio curado.* Beneficium curatum, cui animarum cura, & Sacramentorum administratio annexa est.

Beneficiado. Beneficiarius paræciæ. Beneficiatus, beneficio gaudens.

Beneficiar la tierra. Vide *Cultivar.*

Benevolencia. Benevolentia, æ.

Bengala. Virga, dulcis insigne.

Benigno. Benignus, benevolus, clemens.

Benignidad. Benignitas, clementia.

Benignamente. Benignè, clementer.

Benino. Tuberculum, subtilis tumor.

Benjui. Myrobalanus, i. Glans Ægyptia. Icafer, is.

Beodo. Ebrius, bene potus.

Berbena, yerva. Verbena, æ.

Berça. Brassica, æ. Caulis, caulis. *Aun estàn en berça los panes.* Herbescunt adhuc fata, nec dum in genicula assurgunt. *Què tiene que vèr verços con capachos?* Quid lecytho cum strophio? Quid cothurnis cum clava?

Berengena. Melongena, malum insanum.

Bergantin. Navis speculatoria. Myoparo, nis.

Berìl, piedra preciosa. Beryllus, i.

Bermejo. Ruber, bra, um. Rubeus.

Bermejear. Rubeo, es. Rubesco, is.

Bermejuela. Pisciculus rubris branchiis.

Bermellòn. Minium, ii.

Bernegàl. Simpulum, i.

Berraco, ò berron. Verres, is. *Berrar, ò berrear.* Dentibus infrendeo.

Berros. Laver, sisymbrium aquaticum.

Berruga. Verruca, æ. *Cosa que tiene berrugas.* Verrucosus, a, um.

Beso honesto. Osculum, i. *Lascivo.* Suavium, basium, ii. *Besar.* Osculor, deosculor, aris. Oscula figere, pangere, imprimere. *Lascivamente.* Suavior, aris. Basior, aris.

Bestia. Bestia, bellua, æ. *De carga.* Jumentum, i. *Mala bestia es este hombre.* Bipedum nequissimus hic homo est. *Què feas tan gran bestia, que no reparasses en esso?* Tantus te stupor invasit, ut hæc non videris? Tam cæca te impulit cupiditas, ut hæc pensi non haberes? *Echarle à las bestias.* Ad bestias aliquem damnare, feris laniandum objicere.

Bestion de fortificacion. Agger, eris.

Besugo. Porcellus marinus.

Beta. Vide *Veta.*

Betùn. Bitumen, inis. *Con que bañan las colmenas.* Propolis, is.

Beber. Bibo, is. Poto, as. *Beber con otros.* Compoto, as. *En corro por su orden.* Circumpotare, in orbem bibere. *A la salud de otro.* Propino, as. *Dame de beber.* Da mihi bibere. *Beber poquito à poco.* Potisso, as. *Bever mucho de una vez.* Acbibo, is.

Bebe de bruces. Pronus de fonte bibit.

Bebe los vientos por una pretension. Ambit honores ardentissimè, stitit, flagrantissimè cupit. Inhiat honoribus. Ad honores vehementer aspirat. Nihil non tentat, nihil intentatum relinquit, quo dignitatem obtineat.

Nadie diga de esta agua no beverè. Noli tibi confidere. Humani à te nihil alienum putes. Cuivis accidere potest, quod cuiquam potuit.

Desea beberme la sangre. Sanguinem, & vitam meam petit. Meum sitit cruorem.

Bebedor. Potator, is. *Gran bebedor.* Bibax, cis. Multibibus. *De vino.* Vinosus, ebriosus. Tricongius. Bacchi mystes. *Què bebedora es esta vieja!* Quantum sitit hæc anus! *Beberà los Kyries.* Novies calicem exhauriet. *Si no bebe en la taberna, huelgase en ella.* Odore capitur, si non gustu rapitur.

Bebida. Potus, us. Potatio, nis.

Bebida medicinal. Potio, nis.

Bebedizo. Potio venenata. Venenum dilutum. Veneficium, ii. *Dàr à uno bebedizos.* Potione venenata aliquem tollere, mortifera potione necare.

Bebedero de jaula. Potistris, dis.

Bexiga. Vesica, æ.

B ANTE I.

Biblia. Sacra scriptura. Biblia, orum. Sacra pagina. Sacri, & canonici libri.

Bien (adverbio) Bene, probè, rectè. *O què bien hiciste! la vida me has dado.* O factum bene! beatì me. *Bien està.* Bene habet. Bene est. *Bien estàs en la cuenta.* Rectè rationem tenes. *Bien hizo en concertarse con la parte.* Probè fecit qui transegerit. *Si fue bien ò mal hecho, no nos toca à nosotros.* Rectè, an secus, nihil ad nos. *Bien dices.* Rectè judicas. *Bien dicho.* Rectè, ac sapienter, acutè, & opportunè dictum.

Bien trabajosamente lo passa. Bene multis ærumnis premitur. Sanè miserè vivit. *Bien mal le trataron.* Sanè malè acceptus est. *Bien malo está.* Sanè gravi morbo laborat. *Bien escasamente sabe.* Sanè parum doctus est.

Bien (*nombre*) Bonum, i. *Mirar por el bien pùblico.* Consulere Reipublicæ. In commune consulere. *El bien no es conocido, hasta que es perdido.* Tum demùm bona nostra novimus, cum amissimus. *Bien ayas tu.* Deus te, superique ament. Bene tibi Deus, superique faciant.

Bienes de hacienda. Bona, orum. Res, opes, facultates, fortunæ, arum. *Bienes muebles.* Domestica supellex. Utensilia, ium. *Bienes raices.* Possessiones, fundi, prædia, ædes. *Bienes libres.* Bona immunia, nulli obnoxia. *Avidos, y por aver.* Adquisita, & adquirenda. *De sus antepassados.* Avita bona. *Bienes concegiles.* Possessiones publicæ. *Realengos.* Vectigalia, Regia jura. *Bienes temporales.* Bona fugacia, caduca, peritura. *Gananciales.* In matrimonio acquisita. *Mil bienes tiene este hombre.* Multæ illum virtutes, dotesque commendant. Multis, & eximiis naturæ dotibus præditus est. *Dixo de èl mil bienes.* Multa de illo, ac magnifica prædicavit. Amplissimis eum verbis commendavit.

Bienacondicionado. Bonæ indolis homo. Lenis, & facilis, probus, & suavis.

Bienavenidos. Quibus optimè inter se convenit. Bene convenientes. Concordes.

Bienaventurado. Beatus, felix, cis.

Bienaventuranza. Beatitudo, inis. Felicitas, tis. Vita beata. *Ponen su bienaventuranza en un breve deleyte.* Omnes suas cogitationes in voluptatem lubricam, & fugacem abjiciunt. Summum bonum in voluptatis lubrico constituunt.

Bien criado. Probè, & ingenuè educatus, optimè institutus. *Bienhablado.* Urbanus, & comis. *Bienbechor.* Beneficus, benignus, bene de aliquo meritus.

Bien inclinado. Benè à natura institutus, optimæ indolis adolescens.

Bien intencionado. Probus, ac syncerus.

Bien nacido. Ingenuus, honesto loco natus.

Bien quisto. Omnibus acceptus.

Seas bien venido. Felix, & auspicatus sit adventus tuus. Mihi de tuo gratulor adventu. Opportunus, & optatus mihi advenis.

BIEN puedes (*modo permissivo*) Licet.

Bien pude dexarlo si quisiera. Cessare mihi licuit, si libuisset. *Por mi bien puedes llevarlo.* Per me auferas, licet. Per me nulla mora est, quin auferas. *Si por bien lo teneis, daré mi descargo.* Si per vos licet, causam dicam.

Bien puedes hablar, y bolver por ti. Tuas tibi partes agere licet. Nemo tibi obstat, quin causam dicas.

Bigornia. Vide *Vigornia.*

Binar. Agros iterum arare.

Birlar. Vide *Bolos.*

Birrete. Pileus, vel pileum, ei.

Bisabuelo. Proavus, i.

Bisabucla. Proavia, æ.

Bisiesto. Vide *Dia. Año de bisiesto.* Annus bissextilis.

Bisnieto. Pronepos, otis.

Bisnieta. Proneptis, is.

Bivàr de conejos. Coniculus, i. Vivarium, ii. Roboratium, ii. *De aves.* Aviarium, ii.

Biudo. Orbatus conjuge.

Biuda. Vidua, æ. Orbata marito.

Biudez. Viduitas, orbitas, tis.

Bivir, y Bivienda. Vide *Vivir.*

Bivorà. Vipera, æ.

Bivorezno. Fœtus viperinus.

Bizarro. Splendidus, eximius, præstans.

Bizarria Splendor, oris. Præstantia, æ.

Bizazas. Bulgæ, arum. Corycium, ii.

Bizma. Malagma, tis. Cataplasma, tis.

Bizmar. Cataplasma alicui imponere.

Bizmado. Cataplasmate affectus.

B ANTE L.

Blanca, moneda. Sextans, tis. *No debo blanca.* Omni ære alieno solutus sum. *No tengo blanca.* Nihil habeo in loculis.

Blanco. Albus, a, um. *Blanco de lustre.* Candidus. *Esso es decirme, que lo blanco es negro.* Hoc est vim afferre sensibus, & extorquere ex animis cogitationes verborum, quibus imbuti sumus. *Dexòle en blanco.* Illum prætermisit, prætervirit. *Quedòse en blanco.* Spe frustratus est, fraudatus, evolutus. *Mas luce lo blanco junto à lo negro.* Album ex nigri contentione magis emicat. *Ni sè si es blanco, ò negro.* Nec si albus ater ve est, scio.

Blanco, à donde tiran. Scopus, i. *Tirar, ò apuntar al blanco.* In scopum collineare, collimare. *Dàr en el blanco.* Scopum figere, tangere. Vide *Acertar. Ni unos, ni otros dan en el blanco.* Neutri rem tangunt. Utrique procul à destinato. Utrique à scopo aberrant. Alius alio abit à re proposita, mediamque relinquunt.

Dios es blanco de mis deseos. Consiliorum meorum scopus unus est Deus. Hunc finem meæ cogitationes spectant. Eò studia mea tendunt. Ad illum vota mea, tanquam ad scopum diriguntur, referuntur.

Blancura. Albedo, inis. *De lustre.* Candor. *Blanquear algo.* Dealbo, as. Album colorem alicui rei inducere. Album aliquid facere, reddere. *Blanquean los dientes.* Dentes candent, candicant. *Ponerse blanco.* Exalbesco, is.

Blanquecino. Albidus, subalbus.

Blando. Mollis, e. Blandus. *De condicion.* Facilis natura, lenis, mitis. *Es blando de corona.* Delicatus est, & mollis, qui frigoris, & solis mala nescit.

Blandamente. Molliter. *Habladle blandamente.* Blandè cum illo age. Leniter illum tracta, comiter appella. *Reprehendiòle blandamente.* Verbis hominem amicè castigavit, blandè reprehendit, molli brachio carpsit.

Blandura. Mollities, ei. *De condicion.* Lenitas, suavitas, facilitas. *Blandura de tiempo.* Acris temperies.

Blandear la lanza. Vibro, as. Crispo, as.

Blandear en algo. Vacillo, as. Nuto, as. Titubo, as. In sententia non constare. *Desde entonces comenzò à blandear la vara de la Justicia.* Jam tum judicia severa fieri desierunt. *Aun al Juez recto hacen blandear las lastimas.* Rectum quoque Judicem inclinat miseratio.

Blandòn. Fax, cis. Cereus, ei. *Donde se pone la hacha.* Lychnuchus, i.

Blasfemar. Blasphemo, as. Execror, aris. Convitia nefaria in Deum, divosque spargere, evomere, effundere. Divinæ majestati aliquid derogare, calumniam inferre. Deo optimo maximo sacrilegè obtrectare.

Blasfemo. Impius in Deum, in divos convitiator, nefarius, obtrectator. Blasphemus, i.

Blasfemia. Impia in Deum, vel in divos oratio. Blasphemia, execratio. In Deum contumelia, sacrilega obtrectatio.

Blason de linage. Stemma, tis. Gentilitia insignia. *Blasonar.* De suis, aut majorum factis, divitiis, aut honoribus gloriari. Res suas magnificè jactarè, gloriosè prædicatè. In aliqua re exultare, triumphare.

B ANTE O.

Boato, voz muy sonora. Boatus, us. *Bobo, ò bovo.* Fatuus, stultus, insipiens, ecors, dis. Morio, nis. *Hacese bovo.* Fatuum se facit. Stultum se fingit. Stultitiam simulat. *Mas peca de vellaco, que de bovo.* Improbitate magis, quàm stultitia peccat. *No es esto para bovos.* Non sus quivis hoc sciet. *De bobilis bobilis le*

vino esto. Offa illi in mel. Ex indulgentia fortunæ hoc illi obvenit. Hoc illi nec opinanti fortuna indulsit. *A los bovos viene la dicha.* Alabanda fortunatissima. *Quien ay, que no tenga un pedazo de bovo?* Auriculas asini quis non habet? *A los bovos con esso, que yo bien te conozco.* Ad populum phaleras, ego te intus, & in cute novi. *Persius.*

Bovear. Desipere, delirare.

Cayò de pies. Se pedibus, vel in pedes excepit. *Siempre cae de pies.* Omnia illi ex ſententia eveniunt. Fortuna ſemper cum illo facit. Proſpera illi ſemper, & amica eſt. *Cayòſele la ſopa en la miel.* Res illi per opportunè cecidit. Offa in mel.

Cayòſele de las manos. Excidit, effluxit illi è manibus. *Cayeronſele las alas del corazon.* Mente concidit. Animus illi, ac vultus conciderunt. *Cayòſe de repente la caſa.* Domus repente corruit, collapſa eſt. *Cayò ſobre èl la caſa.* Tecti ruina oppreſſus fuit. *No ſe os cayga eſto de la memoria.* Hoc memoria tene. Ne tibi hoc excidat. *Coſa que ſe cae.* Caducus, deciduus, a, um. *Edificio que ſe cae.* Ruinoſum ædificium. *Tener al que ſe cae.* Inclinantem tenere, labentem ſtatuere. *Dàr la mano al caldo.* Jacentem erigere. *Muy caldos eſtàn eſtos eſtudios.* Jacent hæc artium ſtudia.

Caida. Caſus, us. Lapſus, us. Prolapſio, nis. *De edificio.* Ruina, æ. *Gran caida ha dado.* Gravi caſu afflictus eſt. Gratiam, aut potentiam, vel exiſtimationem priſtinam amiſit. De dignitatis gradu dejectus eſt.

Caimiento de animo. Languor animi.

Caſila de gente. Turba, caterva, æ.

Cabiz de trigo. Sex medimna. Corus, i.

Cal. Calx, cis. *Cal, y arena.* Calx arenæ immixta. *Viva.* Calx viva. *Muerta, ò deslelda.* Calx uda.

Calèra. Calcaria fornax.

Cala. Glans, dis. Balanus, i. *Del mar.* Maris ſinus inſidioſus.

Calar. Penetro, as. Permeo, as.

Calar la viſera. Caleam occludere.

Calar las picas. Haſtas in hoſtes intendere.

Calèr los penſamientos. Intimos animi receſſus, latebraſque hominis perſpexi, penetravi, pertentavi. Novi hominis mentem. Animum illius introſpexi.

Calabaza. Cucurbita, æ. *Larga.* Anguina. *Calabaza ſilveſtre.* Sylveſtris cucurbita. Colocynthis, idis. *Para vino.* Cucurbitina laguncula. *Llevò calabazas.* Repulſam tulit, accepit. *No cabe de contento de verte con calabazas.* Repulſam tuam triumphum ſuum ducit. Gaudium ex repulſa tua continere non poteſt. *Què pierdes en que te dèn calabazas?* Qui tibi decedit ex repulſa?

Calabozo. Ergaſtulum, i. *Eſtà en un calabozo.* Jacet abditus in tenebris, à ſpiritu, & communi luce ſeclusus.

Calafatear la nave. Vide *Brear.*

Calamàr, peſcado. Loligo, inis.

Calambre. Nervorum rigor.

Calamidad. Calamitas, tis, ærumna, æ.

Calamocano. Vide *Borracho.*

Calamòn, ave. Porphyrio, nis.

Calandria, ave. Calandra, æ.

Calavera. Calvaria, æ. Cranium, ii.

Calcañàl. Calx, cis. Calcaneum, ei.

Calcar. Infarcio, is. Inculco, as.

Calzar. Calceo, vel calcio, as. *Calzarſe.* Calceos, vel caligas ſibi induere, inducere. *Calzar la pared.* Lapideo cæmento parietem firmare, munire. *Calzar la rueda del carro.* Rotam ſufflaminare, ſufflamine retinere. Rotæ offendiculum ſupponere, ſubjicere, ut conſiſtat.

Calzas, ò medias. Caligæ, arum. Tibialia, um. *Calza entera, ò calzas atacadas.* Subligacula, vel ſubligaria ſerica. *Echarle una calza.* Notare aliquem, à quo cavere oportet.

Calzada de camino. Via lapidibus ſtrata, munita. Strata viarum.

Calzado. Calcei, orum. Calceamenta, orum. Calceatus, us. *Calzado hombre.* Calceatus, calceis indutus. *Andar calzado.* Calceis uti.

Calzador. Inductorium calcei.

Calzones, ò bragas. Fœmoralia, ium.

Calcetero. Calceolarius, caligarius.

Calda. Candefactio, nis. *Dàr al hierro una calda.* Candefacere ferrum, ignitum reddere. *Caldeado.* Ignitus, candefactus.

Caldera de cobre. Ahenum, i.

Caldero. Lebes, etis. Situla ænea. *No echeis la ſoga tras el caldero.* Ne, quod reliquum eſt, projiciendum putes.

Calderero. Faber ærarius.

Caldo. Jus, ris. *Caldillo.* Juſculum, i. Illictus, us. *Rebolver caldos.* Jura confundere. *Es como caldo de zorra, que parece frio, y quema.* Blandus in ſpeciem, ac benevolus. Melle litus gladius.

Calendas. Calendæ, arum. Prima menſis dies. *Calendario de los meſes.* Calendarium, ii. *De los Santos.* Sanctorum faſti, catalogus. Divorum syllabus. *Leer la Calenda.* Sanctorum celebritatem, & natalitia indicere.

Calentar. Calefacio, is. Foveo, es.

Calentarſe. Caleſco, incaleſco, is.

Calentador. Foculus æneus pro lecto. Ignitabulum. Batillus cubicularius.

Calentura. Febris, is. *De un dia.* Diaria, ephemera. *Continua.* Febris aſsidua, continua. *Ardiente.* Cauſum, i. Febris ardens. *El frio de ella.* Horror, is. *El crecimiento.* Febris acceſsio, incrementum. *Calenturilla.* Febricula. *Dìole calentura.* Inceſsit illum febris. Febri correptus eſt. In febrim incidit. *Calentura tiene.* Febri laborat. Febricitat. Febris illum tenet. *Tiene muy gran calentura.* Febri maligna æſtuat, jactatur, ardet. *Ya aſtoxa la calentura.* Jam febris remittit, minuitur, decreſcit. *Limpio eſtà de calentura.* Febri ſolutus eſt. Febre caret. Febris abiit, deceſsit, evanuit. *Buelvele la calentura.* Febris illum repetit, retentat.

Caleſca. Vide *Caricoche.*

Caliente. Calidus. *Eſtàr caliente.* Caleo, es. *Paños calientes.* Fomenta, orum.

Calidad. Qualitas, tis. *Perſona de calidad.* Vir nobilis, eximius, præcipuus. *Calidad de eſta manera.* Dignitas, nobilitas. *Dineros ſon calidad.* Et genus, & formam regina pecunia donat.

Calificar una coſa. De re aliqua cenſere, judicare, ſententiam dicere, judicium ferre.

Calificacion. Cenſura, judicium.

Calificado. Nobilis, clarus majoribus.

Calificador. Cenſor, oris.

Caliz. Calix, cis.

Callar. Taceo, ſileo, es. Silentium agere. Conticeo, obmuteſco. *Callar algo.* Aliquid ſupprimere, omittere, ſilentio involvere. *Callòme eſto.* Hoc mihi celavit, occultavit. *No puedo callar eſto.* Hæc ſilentio præterire, premere, prætermittere, hoc tacitus præterire non poſſum. *Al buen callar llaman Santo.* Silentium tutum præmium. *Callar, que importa.* Tacito opus eſt. *Callad, que teneis por què.* Parce verbis irritare, qui paria tibi reſpondeant. *Quien calla otorga.* Voluntatem taciti perſpicio. Taciturnitas tua confeſsionem præfefert. Tacendo, aut tacitus aſſentire videris. *Matalas callando.* Calidus diſsimulator. *Ve callandico à eſcuchar.* Suſpenſo gradu ingredere, animam comprime, & aures adhibe. *A dos preguntas te harè callar.* Pauciſsimis te verbis conficiam, ſi ſemel, aut iterum interrogaveris. *Quien calla piedra apaña.* Silentio rem gerit. *Con eſto le hizo callar.* Ita eum mutum, & elinguem reddidit.

Callado, ò callantiz. Taciturnus. Silentii cultor eximius. Pythagoreis taciturnior. Magis mutus, quam piſcis. *La muger callada es ſanta.* Silentium fœminam commendat.

Calle. Via, æ. *Calle mayor.* Via regia. Platea, æ. *Calle eſtrecha.* Callis, is. *Que atravieſſa.* Tranſverſa via. *Echais mis faltas en la calle.* Peccata mea prodis, & temere vulgas. *Alborotais la calle.* Viciniam concitas, dum tragœdias excitas. *La calle ſe hizo para todos.* Nemo prohibet quemquam publica ire via.

Calleja, ò callejòn. Angiportus, us.

Callejear. Vicos, & plateas obire, curioſèque luſtrare.

Callo de la mano, ò piè. Callum, i. *De herradura.* Ferreæ ſolæ fragmentum. *Manos con ellos.* Calloſæ manus.

Yà tengo hechos callos en los trabajos. Animus jam laboribus multis exercitatus occalluit. Obduruit animus ad dolorem novum. Diuturna laborum conſuetudo callum animo meo obduxit. Ut manus opere, ſic animus laborum conſuetudine occalluit.

Calma. Maris tranquillitas. Malacia, æ. Fluſtrum, i. *Hace calma.* Magna eſt à vento maris tranquillitas. Nullo vento mare concutitur, nullo flatu agitatur, commovetur. Malacia naves detinentur. *Eſtàn en calma las coſas.* Negotia intermiſſa jacent. Rerum agendarum negotiatio conquieſcit.

Calongia. Canonicatus, us.

Calor. Calor, oris. *Entrar en calor.* Caleſco, incaleſco, is. *Calor grande.* Æſtus, us. Solis ardor. *Entra el tiempo del calor.* Calidiſsima tempeſtas imminet, ingruit, appetit, inceſsit. *Hace grandiſſimo calor.* Omnia ſolis ardore flagrant, fatiſcunt. Anni æſtu jactamur. Calore nimio æſtuamus, languemus, ſolvimur, deficimus. *Mientras paſſa eſte calor.* Dum æſtus remittitur, & aura temperatur. *Caminamos con mucho calor, y polvo.* Iter confecimus æſtuoſa, & pulverulenta via. Cic.

Caluroſo. Æſtuoſus, præcalidus.

Caloſtro. Lac primum à partu mulſum.

Calumnia. Calumnia, æ. Sycophantia æ.

Calumniar. Calumnior, ſycophantor, aris.

Calumniador. Sycophanta, calumniator, oris. *Tomarle juramento de calumnia.* Litigatorem jurejurando adigere, nihil per calumniam petiturum. *Hacer este juramento.* Jurare calumniam in aliquem.

Calva. Calvitium, calvities, ei. Calva, æ.

Calvo. Calvus, i. *Calvillo.* Calvaster, tri.

Calvar, hacerse calvo. Calvesco, is. *Estàr calvo.* Calveo, es. *Calvòle.* Hominem decepit, fraudavit.

Calvario. Tumulus, ubi cruces statuuntur venerationis causa.

Calvatrueno. Clamosus homo.

Cama. Lectus, i. Lectulus, i. Stratum, i.

Cama de campo. Lectus castrensis. *De desposados.* Genialis torus. *De fieras.* Cubile, is.

Cama de madera. Fulcrum lecti. *Hacer la cama.* Sternere lectum. *Mullir.* Quàm mollissimè substernere. *Ha hecho cama estos dias.* In lecto per hos dies decubuit. *Hacer la cama ſà un lugar de la Escritura.* Viam munire, sternere, præstruere, aditum adornare ad locum sacræ paginæ accommodandum.

Camafeo. Pretiosus quidam lapis, ex quo patagia, & figilla præfulgida sunt.

Camaleon. Chamæleon, tis. *Mas mudable que un camaleon.* Chamæleonte mutabilior.

Camara. , *ò conclave.* Cubiculum, i. Conclave, is. *Los de la camara del Rey.* Regii consilarii in promovendis. *Penas de Camara.* Quod multæ nominæ fisco addicitur, adjudicatur.

Camarero. Cubicularius, ii. A cubiculis. *Camarero mayor.* Cubicularius maximus. Cubicularium decurio.

Camarada. Sodalis, contubernalis. *Camarada de vellacos.* Manipulus furum. Nebulonum grex.

Camaras. Diarrhæa, alvi profluvium, ventris fluxus, proluvies. *De sangre.* Dysentheria, æ. *Hacer camara.* Ventrem exonerare. Ventris onus dejicere. Secretum agere. *Tiene camaras.* Ex diarrhæa languet. Fluxu ventris laborat.

Camarin. Abacus pretiosæ supellectilis. *De vidrios.* Hyalotheca. *De vasos de plata.* Argyrotheca. *De barros.* Fictilis instrumenti repositorium.

Camaron pez. Cammarus, i.

Camba del arado. Buris, is.

Cambalache. Permutatio fallax.

Cambio. Pecuniæ permutatio. *Dàr letra de cambio.* Syngrapham, vel tesseram collybilticam dare, mittere. *Dàr à cambio.* Pecuniam quæstui dare. *Tomar à cambio.* Collybo pecuniam accipere.

Cambiar dinero. Collybo pecuniam permutare. *Cambiador, que dà à cambio.* Argentarius, numularius, collybista, mensarius, trapezita. Campsor, is. *Que quiebra.* Conturbator, decoctor. Vide *Quebrar.*

Cambray. Cameracensis byssus.

Cambron, ò cambronera. Rhamnus, i.

Camella. Jugum, i. Jugi pars altera.

Camello, animal. Camellus, i.

Camino. Iter, itineris. Via, æ. *Angosto.* Trames, itis. *Ancho, carretero.* Actus, us. Lata via. *Llano, fendereado.* Æquabilis, ac trita via. *Fragoso, pedregoso.* Anfractus, us. Salebræ, arum. Salebrosum iter. *Camino Real.* Via militaris. Prætoria, publica. *Que no se anda.* Avium, aut invium iter. *Que tuerce à mano izquierda.* Iter devium ad sinistram. Viæ flexus ad lævam. *Donde ay camino Real, para què vas por veriquetos?* Cum adsit via, quid semitam quæris, & diverticula captas? *No lleva esso camino.* Non rectè cogitas. Longè à veritate aberras.

Camino de Madrid. Via, quæ fert, aut ducit Mattitum. *Ponerse en camino.* Viæ se committere. Viam ingredi, inire, suscipere. Se in viam dare. *De camino harás esto.* Id obiter exequèris. Eadem via, atque opera id præstabis. *Estàr de camino.* Accingere se ad iter. Esse jam profecturum.

rum. *Perder, ò errar el camino.* Aberrare à via. *Aqui hemos de torcer el camino.* Hic de via deflectere debemus. *Desviarse del camino.* A via divertere, digredi, decedere, declinare. *Acabarle de andar.* Iter conficere, decurrere.

Mal camino aveis tomado. Viam suscepisti satis incommodam. In viam satis difficilem te dedisti. Laboriosam viam ingressus es, aggressus es. Plenam difficultatibus viam inisti. *No hallo camino para esto.* Nullus ad hoc mihi aperitur aditus. Idque rationem efficiam, non iuvenio. *Abriste camino para mi honra.* Mihi ad dignitatem aditum aperuisti, viam ad honorem præstruxisti. *Donde quiera hallarás un pedazo de mal camino.* Quoquò te vertas, omnia plena malis. Cic.

Caminar. Iter facere. Tendere, pergere, contendere aliquò. *A cavallo, ò en coche.* Equo, curru, aut rheda vehi. *Por la posta.* Citatis equis, pervolare, iter percurrere. *Mucho aveis caminado en poco tiempo.* Longissimam brevi tempore viam confecisti, percurristi.

Caminante. Viator, oris.

Camisa. Subucula, æ. Indusium, ii. *De culebra.* Serpentis exuviæ. *Camisica de los granos.* Folliculus, i. Pericarpium, ii. *Mas cerca està la camisa que el sayo.* Tunica palio propior est.

Campana. Cymbalum, campana, æ.

Campanear, tocar campanas. Cymbala pulsare, quatere, cymbalisso, as.

Campanada. Cymbali pulsus, pulsatio. *Dió esto gran campanada.* Per totam urbem rumor increbuit. Longè, latèque ea fama vagata est.

Campanilla. Tintinabulum, nola, æ. *La de el agua.* Bulla, æ. *Campanilla, yerva.* Similax lævis. Campanula, scandulaca, æ. *Instrumento de muchas campanillas juntas.* Crusma, tis.

Campanario. Turris fenestrata, campanæ collocandæ, & sustinendæ apta. Vel turris cum campanis.

Campanero, que toca. Cymbalistes, æ. *Que funde las campanas.* Fusor æramentarius.

Campanuda cosa. Sonorus, ampullaceus.

Campaña, ò compiña. Camporum planities, æquor, is. *Estàr en campaña.* In castris agere. Sub pellibus esse. *Hallòse en dos campañas.* Duabus expeditionibus interfuit.

Campar, ò campear. Emico, as. Emineo, es. Eminet inter omnes. *Campar con su exercito.* Cum exercitu in provincia dominari. *Campa con su estrella.* Fortuna secunda utitur. Rerum prosperitate gaudet.

Campo, tierra llana. Campus, i æquor, planities, ei. *Campo, que se labra.* Agergi. Rus, ris. *Para pasto.* Ager compascuus. *Aforado.* In emphyteusim traditus sub pensione. *Hacienda del campo.* Res agraria. *Andar, ò vivir en el campo.* Rusticor, aris. Ruri vitam agere. *Gusto mucho de andar, ò vivir en el campo.* Jucunda mihi est rusticatio. Rusticari mihi dulce est. Agros, ac villas me obire delectat. Rura peragrare me valdè juvat. Rus colere, ac perambulare pro deliciis mihi est. *Descubrese aqui gran campo de tus alabanzas.* Hic tuarum laudum uberrima seges aperitur.

Campo, do està el exercito. Castra, orum. *Levantar el campo.* Castra movere. *Quedar señor del campo.* Fugatis, aut fusis hostibus, pro victore se gerere. *Tiene en campo, ò en campaña veinte mil hombres.* Viginti hominum millia sub signis habet. *Hagan campo.* Decedite, abscedite, discedite à via. Expedite viam. *Salid conmigo al campo, si sois hombres.* Descendite, si vir es, ad singulare certamen. Foras te ad duellum provoco.

Campestina cosa. Agrestis campestris, e.

Ca-

Camueſa. Malum aromaticum, Bæticum.

Camuſa. Vide *Gamuza.*

Can. Vide *Perro. Quien bien quiere à Beltràn, bien quiere à ſu can.* Quantum in meos officii contuleris, tanti me haberi à te putabo. *Canes de edificio.* Trabium capita. Procetes, um.

Canicula, eſtrella. Canicula, ſirius, ii. *Caniculares.* Dies æſtu pæſtiferi.

Canal. Canalis, is. *Del tejado.* Imbrex, icis. *De coluna.* Stria, æ. Canaliculus. *De molino.* Incile, is. Molæ canalis. *Coſa acanalada.* Striatus, canaliculatus, a, um. *Puerco en canal.* Sus evifceratus.

Canalla. Abjectiſſimæ conditionis homines. Gregales milites. Reip. fæx.

Canas. Cani, orum. Senectutis inſignia. Canities, ei. *No peyna canas.* Nondum ad canos pervenit. *No tiene una cana.* Ne unus quidem pilus in capite ejus albicat.

Cano. Canus, a, um. *Hacerſe cano.* Caneſco, is. Canum fieri. *Eſtarlo* Caneo, es.

Canario pajaro. Chloris, idis.

Canaſta. Caniſtrum, i.

Canaſtillo. Calathus, i. Quaſillus, i.

Cancél. Cancelli, orum. *De puerta.* Diathyrum, i. Januæ appendix interior.

Cancelar la eſcrito. Tranſverſis, vel obliquis lineis ſcripta delere. Cancello, as.

Chancciller. Cancellarius, ii.

Cancer. Cancer, cri. Carcinoma, tis.

Cancion. Cantio, nis. Carmen.

Cancion burleſca. Carmen jocoſum, ridiculum, facetum. Exodium, ii. *Cancion fúnebre.* Epicedium, ii. Nenia, æ. *De bodas.* Epithalamium, ii.

Candado. Sera, æ. *Un candado à la boca.* Clavi in lingua.

Candeal, ò candial trigo. Siligo, inis.

Candela. Lucerna, candela, æ. *Que ſe acaba la candela.* Ad finem res properat. Inſtat finis. In exitu res eſt. *Eſta yà con la candela en la mano.* Animam agit. *Media vida es la candela; pan, y vino la tras media.* Vulcano, Cerere, & Baccho vita noſtra ſuſtinetur.

Candelaria. Luſtratio beatæ Virginis. Purificatio, expiatio.

Candelero. Candelabrum, i.

Candido. Vide *Sencillo.*

Candor, ò candidez. Candor animi.

Candil. Lychnus, i. *Colgado en ſala.* Lychnucus penſilis. *Echar aceyte al candil.* Lychno oleum infundere, inſtillare. *Candilada.* Olei macula ex lychno everſo ſuſcepta.

Candiota. vaſo. Dyota, æ.

Canela. Cinnamomum, cinnamum, i. Caſia, æ. *Canelones.* Caſia fragmina ſaccharo condita. *De diciplina.* Vide *Diciplina.*

Cangilón. Ænophorum. Tricongius, ii.

Cangrejo Cancer, cri.

Canilla, ò canilla de cuba. Syphunculus, i. *De la pierna.* Tibia, æ. *Del brazo.* Radius, ii.

Canina. Caninum. ſtercus.

Caña. Arundo, inis. Calamus, Canna, æ. *De las lagunas.* Carex, icis. *De la mies, ò yerva.* Scapus, i.

Cañaverál. Arundinetum, i.

Canilla de Texedor. Canna, æ.

Cañizo, ò Cañal. Cannea crates.

Cañada del hueſſo. Medulla, æ.

Cañafiſtola. Caſia fiſtularis. Siliqua Ægyptia. *Cañabeja.* Ferula. Calamus fruticoſus.

Cañamo. Cannabis, is. *Cañamazo.* Tela cannabina. *Cañamones.* Cannabis ſemen, grana.

Caño. Tubus, i. Tubulus, i.

Cañon de eſcrivir. Calamus, i. *De piſtola.* Ferrea fiſtula. *Cañon de batir.* Obſidionale tormentum.

Cañuto de la caña. Internodium, ii.

Cañutilo. Anguſtior fiſtula. *Labor de cañutilo.* Artificium fiſtuloſum.

Canoa, barca de Indios. Linter, tris.

Canon de la Miſſa. Canon, onis.

Canonigo. Canonicus, i. *Canonicato, ò Canongia.* Canonicatus, us.

Canoniſta. Canoniſtes, æ. Juris canonici ſtudioſus, peritus.

Canonizar. In divos, vel inter divos aliquem referre, ſanctorum faſtis adſcribere. Cœlitibus annumerare, in divorum numerum referre, in Cœlitum cenſu numerare, in ſanctorum numero cenſere. *Canonizacion.* In divos relatio. Apotheoſis, is.

Canſar à uno. Aliquem fatigare, defatigare. Moleſtum eſſe alicui. Negotium ei facceſſere, exhibere. *Canſanme las coſas de eſta vida.* Tædet me rerum humanarum. Magna me tenet hujus ſæculi ſatietas.

Canſarſe. Fatiſco, deficio, defatigari. *No os canſeis de abogar por los pobres.* Noli in pauperum cauſis agendis defatigari. *No me canſeis mas con eſſo.* Noli me hac de re amplius obtundere. *No os canſeis en eſſo. Canſais os en valde.* Noli fruſtra contendere. Actum agis. Oleum, & operam perdis. *No quiero canſarte mas.* Non tenebo te pluribus.

Canſado eſtoy de eſcribir. Scribiendo feſſus, defeſſus ſum. *De el camino.* Itineris labore langueo, deficio, laſſus, fatigatus, defatigatus ſum. Feſſus ſum de via.

Canſado, è impertinente. Multus, & ineptus. Moleſtus, moroſus, importunus, qui premit, occidit, in quem incidit.

Canſancio. Laſſitudo, fatigatio, defatigatio, nis. Languor, oris.

Cantar. Cano, is. Canto, as. Cantico, as. Modulor, aris. Cantus edere, fundere. *Cantar juntos.* Concino, is. *Trabajando.* Cantu laborem levare. *Cantar las avecillas.* Carrio, is. Minurizo, as. Modulor, aris. *Cantar en falſete.* Exilem vocem cantu ſimulare. Vocem in cantu deducere. Deducta voce canere. *Haciendo de garganta.* Modos concidere, frangere. *Entonar cantando.* Senſim vocem contendere. *Cantar mal, y porfiar.* Invitis Muſis canere. *Bien canta Marta deſpues de harta.* Cum bene potavi, cantus, & carmina fundo. *Quien canta ſus males eſpanta.* Cantu curas abigere, mærorem levare.

Cantares. Cantica, orum. *Cantarcico.* Cantiuncula. Cantilena, æ.

Canto de muſica. Cantus, us. *Canto de muchos.* Concentus, us. Harmonia, æ. Symphonia, æ *Canto llano.* Simplex, & naturalis modulatio. Diatonum, i. *De organo.* Chroma, tis. Chromaticus ſonus. Vide *Cancion. Lugar donde ſe canta.* Vide *Coro.*

Cantór. Cantor, oris. Muſicus, i. Pſaltes, is. *Cantora.* Pſaltria, æ. Cantatrix, icis *Cantara. medida.* Amphora, æ.

Cantaro. Cantharus, i. Amphora, urna, æ. *De dos aſas.* Diota, æ. *Si dà el cantaro en la piedra, mal para el cantaro, &c.* Noli cum fortiore contendere. Memento Daretis, & Entelli. *Bolver las nueces al cantaro.* Anſam controverſiæ reſumere.

Cantarero. Figulus, i. *Cantarera.* Locus ubi hydriæ ponuntur.

Canto piedra. Saxum, lapis, idis. *No eſtuvo un canto de real de perderſe.* Parum abfuit, quin periret. Tantum non periit. *Es un echa cantos.* Parum abeſt ab inſano.

Cantero. Lapicida, æ. Latomus, i.

Cantero, ò canto de pan. Cruſta panis extrema.

Cantera. Lapidicina. Latomiæ, arum.

Cantidad. Quantitas, copia, numerus. *Grande cantidad de trigo.* Ingens frumenti copia. *De vino.* Magnus vini numerus. *De dinero.* Grandis pecunia. Magna vis auri, & argenti. *Perdonarle algo de la cantidad.* Remittere alicui de ſumma.

Cantimplora. Vas æneum globoſum prælongo collo, Bombylius, aut turbo æneus pro potu refrigerando. *Cantimplora de la ſilla.* Ferreum anticum ephippii.

Cantina. Specus concameratus.

Cantòn, ò esquina. Angulus, i. Flexus viæ. *Quatro cantones.* Quadrivium, ii. *Dióme cantonada.* Dum respicio, aufugit, é conspectu meo se proripuit. *Cantonera.* Prostituta, æ.

Cantuesò. Stichas, dis. Casia humillis

Capa. Pallium, ii. *Pequeña.* Palliolum. *Viexonle con capa.* Palliatus, aut pallio amictus visus est. *Capa de camino, aguadera.* Lacerna, penula, æ. *De pelsa.* Gausapina, æ. *Aforrada.* Abolla, æ. *Capa de coro.* Pallium sactum. *De sayal.* Bardocucullus, i. *Española.* Ricinium. *Capa de yesso.* Tectorium, ii. *Con capa de amistad le engañò.* Ilium pro amico fefellit, per simulationem amicitiæ decepit. *Con capa de religion lo esforzò.* Per speciem religionis interclusit. Pietatis specie prohibuit. *A capa, y espada defenderè esto.* Quamvis contentionem pro hac parte suscipiam. Vel cum vitæ periculo id propugnabo. *De capa caìda va esto.* Inclinata res est. Omnia ad interitum vergunt, ad præcipitium inclinant, in pejus ruunt. Quotidie deteriora fluunt. *Debaxo de ruin capa ay buen bebedor.* Sæpè sub sordido palliolo habitat sapientia. *La noche es capa de pecadores.* Omnia concubia nocte teguntur. *Toda es buena gente, mas mi capa no parece.* Fidi omnes, & amici. Sed ubi mea crumena?

Capear. Noctu per insidias pallia alii detrahere, eripere, furripere.

Capeador. Grassator nocturnus.

Capacete. Galea, æ. Cassis, idis. *Con capacete.* Galeatus, galea tectus, indutus.

Capacha. Sportula, fiscina, æ.

Capacho. Luti acerati excipulum.

Capar. Vide *Castrar.*

Caparazòn de la silla. Stragulum holosericum, quo ornatur ephippium.

Caparrosa. Atramentum lutorium. Flos æris, aut cupri. Chalcatum, i.

Capatàz del campo. Villicus, i.

Capàz Capax, cis. *No es capàz de razon.* Non est rationis, aut mentis compos. *Hizose capàz de la materia.* Rem percepit, probe intellexit. *Hicele capàz de ello.* Ita hominem instruxi, ut rem perciperet.

Capacidad de hombre. Captus, us. *Explicuè à los niños la doctrina Christiana, segun su capacidad.* Pueris pro ipsorum captu, vel prout capere poterant, mysteria fidei exposui. *Hombre de gran capacidad.* Magna mente præditus, magna prudentia, & intelligentia.

Capacidad de vaso, ò casa. Vasis, aut domus capacitas, laxitas, amplitudo.

Capellada del calçado. Obstragulum, i.

Capellàn Vide *Capilla.*

Capellar. Maurorum amiculum.

Capelo de cardenal. Purpureus galerus.

Caperuza. Galericulum rusticum. *Levar en capureza.* In capite ictum, aut plagam ferre.

Capilla de Iglesia. Sacellum, i. *De frayle.* Cucullus, i. *De musica.* Chorus harmonicus. Musicorum grex.

Capellàn. Sacelli sacerdos. Capellanus, sacerdos Episcopo, aut Principi familiaris. *Capellania.* Sacerdotii census, vel sacerdotium cum censu, aut stipendio. Capellania, æ.

Capillo de niño. Infantis reticulum.

Capirote de Dotor. Insignia Doctoratus superhumeralia. *De disciplinante.* Præaltus cucullus. *De balcòn.* Accipitris Capitium.

Capiscòl. Caput chori. Præcentor, oris.

Capitàl del censo. Sors, tis. Caput, sive summa census, unde annui reditus.

Capitàl cosa. Capitalis, e. Capitalis adversarius. Capitale odium. Capitale crimen.

Capitàn. Dux, cis. Ductor, oris.

Capitàn general del exercito. Imperator. *De la cavalleria.* Magister equitum *De la artillerìa.* Tormentorum magister. Rei tormentariæ præfectus. *De la armada.* Classis, vel rei maritimæ præfectus.

Capitan de la guarda. Prætoriæ cohortis præfectus. *De una compañia.* Centurio, nis. *De la primera coborte.* Primipilus, i. *De mil soldados.* Chiliarcus, i. *De una nave.* Nauclerus, Navarchus, i. *De cossarios.* Archipirata.

Capitanear. Duco, cis. Ducto, as. *Capitania, conducta.* Centuriatus, us. *De à piè, y de à cavallo.* Vide *Compañia.*

Capitèl de coluna. Epistylium, ii. Capitellum, i. *De torre.* Turris fastigium, pinnaculum, culmen, inis.

Capitulo de libro. Caput, itis. *De Religiosos.* Religiosa comitia. Religiosorum conventus. *Sala de capitulo.* Exedra, æ. *Casa de capitulo.* Comitiale cœnobium.

Capitular. Pacisco, eris. Constituo, is. *Capitularle à uno, ò hacerle cargo, que &c.* Fœdera, acta, pacta, sponsalia, orum. *Mesa capitular.* Communis omnium Canonicorum proventus, unde quidquid in commune sumitur, & suum cuique tribuitur.

Capòn hombre. Eunucus, i. Spado, nis. Castratus, exectus homo. Semivir, i. *Capòn, ave.* Capus, i. Capo, nis.

Caponera. Caponum saginarium.

Caporàl. Decurio, nis.

Capote de campaña. Sagum, i. Læna, æ. *De paño basto.* Lacerna pinguis. *De Capitàn General.* Paludamentum. *El que le trae.* Paludatus. *Capotillo de dos faldas.* Ricinium, vel reciuium, ii. *Capote, ò ceño.* Vide *Ceño.*

Capricho. Judicii tenacitas.

Caprichoso, hombre de capricho. Homo arbitrii sui tenax, pervicacisque sententiæ. Pertinax, cerebrosus. Capito, nis. *Guiarse por su capricho.* Arbitrio suo duci. Arbitratu suo rem gerere. Pro libito, aut libidine agere, imperare.

Capricornio, signo. Capricornus, i

Captar la benevolencia. Gratiam, aut benevolentiam auditorum colligere, conciliare, captare, aucupari.

Capullo de seda. Bombicis folliculus. *De la rosa.* Calyx, icis. *Del hombre.* Præputium, ii.

Capàz. Capitium funebre. Epomis, dis.

Cara. Facies, ei. Os, oris. Vultus, us.

Cara sin verguenza. Perfrictæ frontis homo. Os durum, ferreum, impudens, importunissimum, prædurum. *Con què cara parecerè en su presencia?* Quo ore in conspectum ejus me commiserim? *Decirselo en su cara.* Coram aliquid alicui objicere, exprobare. *Cayòseme la cara de verguenza al oirlo.* Ad hæc audita oculi mihi, vultus, ac verba conciderunt. *Mostròme mala cara.* Vultu tetrico, facieque subtristi me accepit. Obvertit os, contraxit frontem. Non æquis me oculis aspexit. *No hace cara à esso.* Alienum huic causæ se ostendit. Ab ista sententia valde abhorret. *Veamos que cara le hace esto.* Experiamur, tentemus quo animo, quo vultu, qua fronte hoc accipiat. *Mostròme buena cara.* Arrisit mihi. Placidum se mihi, & facilem exhibuit, præbuit, ostendit. *Tuvo cara para hacerme cargo de esto.* Hoc mihi objicere sustinuit. *Hombre de dos caras.* Homo ambiguus, dubiæ fidei, duplex animo, qui aliud, coram alio aversus loquitur, & facit. *La cara se lo dice.* Præ se improbitatem fert. Facies tua computat annos. *Hacer cara à uno.* Alicui adversari.

Carear uno con otro. Alterum cum altero conferre, componere, comparare. *Carearse.* In mutuum conspectum venire.

Cariacontecido. Consternatus, subito casu conturbatus. *Caridifunto.* Exanguis. Metu exanimatus, ore pallido. *Carisenerdo.* Vultu composito, dissimulans. *Carisfessento.* Licentior, liberior. *Carisredondo.* Ore rotundo. *Carilargo.* Præsona facie. *Cariagnileño.* Aquilina facies.

Cara cosa. Carus, a, um. *Comprò caro.* Caro emit. *Caro le costò la burla.* Caro illi stetit scurrilis audacia, tergo pœnas dedit, novaculæ aciem senit, decussato vulnere deformatus. *Ninguno ay, que dexe de comprarlo por caro.* Nemo est, qui pretio deterreatur, quo minus domi habeat.

Caracòl. Cochla, æ. Limax, cis. *De escalera.* Scalæ cochlea. Cochlis, dis.

Caracter. Caracter, eris.

Carámbano de yelo. Crusta gelu.

Carambòla. Globuli repercussio.

Caramelos. Sacchari crustulæ.

Caramillo. Calamus, i. Stipula, æ.

Carantamaula. Terriculamentum, i.

Carátula. Vide *Máscara.*

Caravanas. Hacerlas. Proludo, is.

Caravela. Celox, cis.

Caravina. Ferrea fistula major.

Carbón. Carbo, onis. *Encendido.* Candens.

Carbonero. Carbonarius, ii. *Ser carbonero.* Carbonarium negotium exercere.

Carbonera, donde se guarda el carbón. Carbonarium horreum.

Carbunco, piedra preciosa. Carbunculus, i. Pyropus, i. *Postema.* Anthrax, cis. Carbunculus, i.

Carcajada de risa. Cachinnus, i. *Reirse à carcajadas.* Cachinnor, aris.

Carcava. Fossa, æ.

Carcax. Vide *Aljava.*

Carcel. Carcer, eris. Custodia, æ. *Dieronle la casa, ò la ciudad por carcel.* Domus, vel urbs custodia illi indicta est. Jussus est intra urbem, vel domi se tenere, continere.

Echaronle en la carcel. In carcerem conjectus, missus, ductus, deductus, detrusus est. In vincula, ac tenebris abreptus, abductus est. Vinculis, ac tenebris mandatus, mancipatus, addictus est.

Estar en la carcel. In vinculis esse, in custodia servari. In carcere attineri, custodiri, teneri.

Quebrantò la carcel. Vincula rupit, perfregit, revulsit. E vinculis evolavit. Aufugit è carcere. Vinculis se exolvit, expedivit, exemit. Carceris parietes perfodit, perforavit.

Carcelero. Carceris custos, præfectus, janitor, custodia.

Carcoma. Caries, ei. *Carcomido.* Carriosus. *Carcomerse.* Exedi, confici, contabescere.

Carda. Carminarius pecten. *Los de la carda.* Lanifici, lanarii. *Aqui de la carda.* Huc in auxilium convolate, lanarii.

Cardar. Carmino, as. *Unos tienen la fama, y otros cardan la lana.* Alii segetem faciunt, alii metunt.

Cardador. Carminator, oris.

Cardadura. Carminatio, nis.

Cardencha. Aspalathus, i. Dipsacus, i.

Cardeno. Lividus, a, um.

Cardenal de golpe. Livor, vibex, icis.

Cardenal de Roma. Cardinalis. Princeps, vel Pater purpuratus Ecclesiæ. *Cardenalato.* Honor sacræ purpuræ. Cardinalatus, us. Cardinalitia dignitas. Purpurei galeri decus.

Cardenillo. Æris flos. Ærugo, inis.

Cardo de comer. Carduus altilis. Strobilus, i. *Cardo silvestre.* Carduus spinis inhorrens. *Negro.* Chamæleon. *Corredor.* Etyngium. Eryngo, es. *Lechàr.* Carduus stellatus.

Cardillo. Cardulus tener, & dulcis.

Carear. Vide *Cara.*

Carecer. Careo, es. Egeo, indigeo, es.

Carestia. Caritas, annonæ difficultas. *Gran carestia ay de mantenimiento.* In magna annonæ difficultate versamur. Gravis est rerum omnium penuria, caritas, difficultas. Pretia nimium aucta sunt ob rerum penuriam. Annona duriot est. Nimia rerum penuria laboramus.

Caro. Vide *Cara cosa.*

Care-

Carena de navio. Carina, æ. *Dar carena à la nave.* Carino, as.

Carga. Onus, eris. Fascis, is. *Cargaliada.* Sarcina, æ. *Carga del Arcabuz.* Mensura sulphurei pulveris, & plumbeæ grandinis sclopo habilis. *Dar una carga al enemigo.* Pilarum procellam in hostes effundere. Plumbea grandine hostiles copias premere, urgere.

Temo dar con la carga en tierra. Vereor ne oneri succumbam, ne onere opprimar. Vereor ut onus perferam, timeo ut sustineam. Vereor ne tantum oneris sustinere non possim.

No temeis mas carga de la que podeis llevar. Ne impar tuis humeris onus suscipias. Ne majus onus subeas, quàm quantum ferre possis. Ne onus recipias, quod deponere cogaris. *No lo tasseis à carga cerrada.* Ne temerè rem æstimes. Ne de re censeas, neque expensa, neque discussa.

Cargar à otro. Onus alicui imponere.

Cargarse de algo. Onus suscipere, aliquid in se recipere. *Todo esto carga sobre mi.* Hæc omnia unus ego sustineo, meis humeris incumbunt.

Cargarle una partida en las cuentas. Summam aliquam illi expensam ferre.

Cargar de tributos la Provincia. Provinciæ gravia vectigalia imponere, imperare. Provinciam tributis onerare.

Cargòme el sueño. Somnus me cœpit. Somno captus fui, oppressus fui.

Cargoso. Onerosus, a, um.

Cargado. Onustus, oneratus.

Cargado haveis quedado, bolved por vuestra honra. Hæc tibi hæsit macula, cura ut deleas. Eluenda tibi est macula, jurgio suscepta. Hoc, quod tibi objectum est, refellas oportet. Hoc, quidquid est pudoris, abstergendum tibi est.

Cargo. Munus, honor, provincia, magistratus, us. *Este cargo me han dado.* Hoc onus mihi injunctum, hæc persona imposita mihi est. Has partes suscepi, subivi.

Huelgome que os ayan dado esse cargo. Tibi id munus esse delatum, impositum: provinciam istam tibi datam, delegatam esse, plurimum gaudeo. Hoc te munere actum valde lætor. Ad tantæ dignitatis gradum te evectum, promotum, lætissimè fero. Te tanto honore affectum, ornatum esse, magnopere gaudeo. Et mihi, & tibi gratulor de delato honore. *El cargo dice quien es cada uno.* Magistratus virum indicat. *Dexar el cargo.* Magistratum deponere, abdicare. Magistratu abire, se abdicare. *Quitarle el cargo.* Potestatem alicui abrogare, magistratum adimere. Hominem potestate privare.

Cargo, y descargo en las cuentas. Acceptum, & expensum. *Hacerse cargo de alguna partida.* Nomen acceptum referre.

Cargo, y descargo en los pleytos. Criminis objectio, & confutatio. Objectum crimen, ac dilutum. *Tomar algo à su cargo.* Aliquid suscipere, in se recipere. *Yo lo tomo à mi cargo.* Ego id in me recipio.

Cargos de residencia. Criminum capita Pretori abeunti, aut è provincia discedenti, objecta. *Hizose cargo de que &c.* Objectum est illi quod &c. *De esso me haces cargo?* Id mihi objicis, vitioque vertis? *En cargo de mi conciencia vaya.* Meum crimen esto, ego pœnas dabo, subibo.

Caricias. Blanditiæ, illecebræ. Blandimenta, orum. *Cariño.* Amor blandus. Clanditia, æ. *Cariñoso.* Blandus, blandiloquus.

Caridad. Charitas, pietas, tis. *Caritativo.* Charitate præditus, præcipuus.

Carlancas, collar de perro. Millus, i.

Carmenar à uno. Carpere aliquem, barbam illi vellere, comas evellere.

Carmesi. Purpura, æ. Vestis conchyliata, purpurea, murice tincta.

Carmin. Murex, icis. Conchylium, ii.

Carne. Caro, carnis. *De vaca.* Bubula. *De puerco.* Porcina, suina, suilla. *De javali.* Aprugna. *De ternera.* Vitulina. *Carne azazonada.* Caro salita, conditanea, fumo durata. *Guisada.* Jurulenta. *Cocida.* Cocta, elixa. *Assada.* Assa, assata, tosta. *Sin hueso.* Torus, i. Pulpa, æ. *Carnecilla.* Caruncula.

Carne momia. Caro humana, arena præservata. *Carne muerta de la llaga.* Cangræna. *Ni es carne ni pescado.* Neque prodest, neque abest. *Estar en carnes.* Omni veste nudum esse. *Cosa de carne.* Carneus, a, um. *Donde se cuelga la carne.* Carnarium, ii.

Carnudo hombre. Carnosus, torosus.

Carnosidad. Caro vitiosa, & iners.

Carnal hombre. Vide *Deshonesto.*

Carnalidad. Vide *Deshonestidad.*

Carnero. Aries, tis. *El marón del rebaño.* Admissarius. *Castrado.* Vervex, cis. *El manso.* Vervex sectarius Dux gregis. *Carnero, la carne dèl.* Arietina, æ.

Carnicero. Lanius, ii. Lanio, nis. *Lobo carnicero.* Carnivorus lupus.

Carniceria. Macellum, i. Carnaria taberna. *Donde matan.* Laniena, æ. Carnificina. *Hacer cruel carniceria.* Lanienam, vel carnificinam exercere.

Carnestolendas, ò carnaval. Bacchanalia, Dionysia, orum. Triduum ante cineres, quo plebes debacchatur, seque in luxum, & hilaria effundit.

Carpeta. Mensæ stragula.

Carpintero. Faber lignarius.

Carpinteria. Ars lignaria.

Carpintear. Dolo, as. Ligna expolio.

Carraca. Crepitaculum ligneum. *Navio.* Onenaria miræ magnitudinis.

Carrasca. Ilex, icis. *Carrascos.* Ilicis virgulta. *Carrasqueña voz.* Aspera vox.

Carrera. Cursus, us. Curriculum. *Donde se corre.* Hippodromus, catadromus, i. Stadium, ii. *Lugar de donde salen à correr los cavallos.* Carceres, um. *Donde paran.* Meta, æ. *Entrar en carrera.* Equos è carceribus emitti, cursum inire, aggredi. *Passò bien su carrera.* Vitæ cursum feliciter confecit, peregit. *Dar carreritas.* Curfito, as. Ultrò, citrôque cursare.

Carro. Currus, us. Plaustrum, i. *De quatro ruedas.* Carrus, vel carrum, i. *De dos cavallos, ò mulas.* Bigæ, arum. *De quatro.* Quadrigæ, currus quadrijugus. *Carro de guerra.* Covinus falcifer. Currus falcatus. *Carro del Cielo.* Helice, es. Septentrio, ursa major.

Carral. Dolium, quod carro vehitur.

Carroza. Rheda, æ. Currus, us.

Carreta. Carruca, æ. Sarracum, i.

Carretada. Plaustri onus. Vehes, is.

Carricoche. Cisium, ii. Arcera, æ.

Carretear. Aurigor, aris. Vide *Acarrear.*

Carretero. Plaustrarius, cisiarius, carrucarius. *El que lo hace.* Plaustrorum artifex. Carpentarius, ii.

Carreteria. Aurigandi ars, vel ubi currus, aut vehicula fabricantur.

Carruage. Curruum apparatus, frequentia.

Carril. Orbita, æ. *Salir del carril.* Exorbito, exerro, as.

Carrillo. Bucca, æ. *Carrillos de bovo.* Defluentes buccæ, buccis paulò plenioribus. *Comer à dos carrillos.* Cibo utramque buccam implere, infarcire. *Metaph.* Duabus sedere sellis, duosque parietes de eadem dealbare fidelia.

Carrillada. Vide *Bofetada.*

Carrizo. Carex, icis.

Carrizel. Carectum, i.

Carroña cosa. Cascus, a, um. *Viejo carroño.* Senex capularis, decrepitus.

Carta. Epistola, æ. Litteræ, arum. *Escrita por ambas partes.* Opisthographa, utrinque scripta. *Carta grave.* Gravissimis verbis, sententiisque plena. *Sin sustantia.* Futilis, inanis. *De consuelo.* Consolatoria. *De represion.* Objurgatoria. *Poco limada.* Plena festinationis, & pulveris, parum limata, parum elegans.

Carta de pago. Apocha, æ. Acceptæ pecuniæ syngraphum. *De venta.* Venditionis, aut emptionis syngrapha. *Carta de marear.* Pyxidicula nautica. *No pequeis por carta de mas.* Ne quid nimium tentes. Ne nimio studio, aut diligentia pecces. Ne quid nimis.

Cartas generales. Litteræ certa verborum forma, vel conceptis verbis scriptæ. *Amorosas.* Amatoriæ. *Picantes.* Aculeatæ. *Escritas de priessa.* Non castigatæ, neque emendatæ. *De buenas nuevas de guerra.* Laureatæ, victrices. *De malas.* Tristia nuntiantes. *Cartas de favor.* Commendatitiæ litteræ. *No ha menester cartas de favor para contigo.* Nullius commendatione apud te eget. *Cartas circulares.* Litteræ encyclicæ.

Esta escrivo de priessa. Hæc ad te properans scribo. Raptim, in magnis temporis angustiis, hoc ad te litterarum exaro.

No quisiera fuessa larga mi carta. Nolim in scribendo esse longior. Nolim longis te litteris obtundere, aut pluribus ad te scribere, quàm res postulat, quàm sit opus.

Mucho ha que espero vuestra carta. Jam diu à te litteras expecto. In summa sum expectatione litterarum tuarum. Jam diu litteras tuas requiro. Abs te tamdiu nihil literarum? Tam longum, tam diuturnum tuarum litterarum silentium ferre non possum. In maximo sum tuarum litterarum desiderio.

Dieronme mucho gusto vuestras cartas. Magna ex tuis litteris voluptate affectus sum. Jucundissimæ fuerunt mihi tuæ litteræ, magnæ mihi voluptati fuerunt. Magno ex tuis litteris gaudio perfusus sum. Magnopere tuis litteris lætatus fui. Magna me lætitia tuæ litteræ affecerunt, magna me voluptate perfuderunt.

Escrivióme una carta muy festiva, y graciosa. Litteras ad me misit, sale & facetiis conditas, salibus asperšas, urbanitate, ac jocis suavissimas. Festivas, & suavitatis plenas litteras ad me dedit.

Dos cartas me aveis embiado, que contenian una misma cosa. Bis eodem exemplo ad me scripsisti. Binas à te litteras accepi, duas à te epistolas habeo, quarum unum est, atque idem, & sententiis, & verbis argumentum.

Oy me han venido cartas de mi padre. Hodie mihi à parente litteræ redditæ sunt, allatæ sunt. A parente meo litteras habeo, accepi hodie, recepi.

Escrivióme una carta muy picante. Valde me ejus epistola stimulavit, altè pupugit, gravioribus me verbis affecit, vulneravit. Orationis aculeos in me erexit, in animo meo reliquit. Actioribus me stimulis agitavit, accendit.

Escrivióme muy enojado. Acres ad me litteras misit, ardentes, plenas stomachi, & querelarum. Iracundè ad me scripsit. Aculeatas litteras ad me dedit.

Meted mi carta en vuestro pliego. Meas litteras in tuum fasciculum conjice. Meas litteras cum tuis eodem fasciculo conjunge, cum tuis mittendas curabis, sub eodem signo claudas velim.

Abrió el mensagero las cartas. Linum epistolarum tabellarius incidit. Litteras aperuit, resignavit. Signum rupit, dissolvit. Epistolam solvit. *Detuvieronse en el camino.* In via litteræ detentæ sunt, retentæ, impeditæ, retardatæ. Litteris allata mora est. *Cogieronlas en el camino.* Interceptæ sunt.

No traia fecha vuestra carta. In tuis litteris dies non erat adscriptus. Quo die ep stolam scripseris, non addidisti. Non subscripsisti epistolæ diem. *Hablen cartas, y callen barbas.* Adscripta provoco.

No es esso para carta. Non est id epistolæ

ſtolæ committendum. Cave id epiſtolæ committas.

Cartearſe. Mutuis litterarum officiis certare, ſibi reſpondere.

Cartero. Tabellarius, ii. *El que hace los pliegos.* Complicator, oris.

Cartel de deſafio, ò de torneo. Libellus provocatorius ad duellum, aut haſtiludium, publicè propoſitus. *Del Maeſtro de eſcrivir.* Multiformis ſcripturæ ſcitiſsimus archetypus. *De comedias, y otras ſieſtas.* Pro comœdiis, aut ſpectaculis publicè propoſiti libelli. *Carteliſta.* Cujus eſt libellos hoſce publicè proponere.

Cartabòn. Norma, æ.

Cartòn. Conglutinatæ chartæ.

Cartilla de el A B C. Alphabetum, i. Abecedaria tabella. Abecedarium. *Leerle la Cartilla.* Officii aliquem commonere, ad officii formulam aliquem exigere.

Cartapacio. Codex, icis. *Razon de cartapacio.* Ratio non è re, ſed è codice petita. *Predicador de cartapacio.* De ſcripto dicit, aliena pro ſuis venditat.

Caſa. Domus, ædes, ium. Domicilium. *Hermoſamente labrada.* Affabrè ſtructa, artificioſè facta. *De tres altos.* Triplicis contignationis, aut contabulationis. Triſtega, orum. *Caſa Real.* Regia. *De moneda.* Argentaria. *De juego.* Aleatoribus patens. Luſoribus expoſita. *Caſa de contratacion.* Commerciorum ædes. *De ayuntamiento.* Prætorium, ii. *Caſa del campo, ò de recreacion.* Domus ſuburbana.

Caſa ſola en el pueblo. Inſula, æ.

Caſa, ò familia. Gens, tis. Familia, genus. *Eſto alguno de caſa lo ha hecho.* Hic in domeſtico ſcelere verſatur. *No ſoy ſeñor de mi caſa.* Imperium domeſticum mihi nullum eſt. *Repartir algo por caſas.* In domos ſingulas aliquid diſtribuere, domeſticatim conficiendum curare. *Oy ſeràs en tu caſa.* Hodie apud te cœnabo. *En caſa llena, preſto ſe guiſa la cena.* In domo abundanti facilè paratur, quod neceſſe eſt. *Ha avido de eſta caſa grandes hombres.* Multi ex hac familia, domi militiæque clari extiterunt. *Mucho ponen de vueſtra caſa.* Multa addis, atque affers de tuo.

Caſica. Domuncula, ædiculæ, arum.

Caſera muger. Mulier provida, rei domeſticæ conſulens. *Caſero, que mora en la caſa.* Inquilinus, i. *Caſeria.* Villa, prædium.

Caſaca. Gallica palla.

Caſamata. Cæca crypta.

Caſarſe el hombre. Ducere uxorem. *La muger.* Nubo, is. *Ella deſea caſarſe.* Ita nuptias cogitat, nubere cupit, nuptum it. *El no guſta de caſarſe.* Ille à nuptiis, vel à ducenda uxore abhorret.

Casò vueſtra hermana con hombre muy principal. Nupſit tua ſoror viro clariſsimo. Vir nobiliſsimus ſororem tuam uxorem duxit, in matrimonio habet. Soror tua viri clariſsimi matrimonio gaudet, viro primario nupta eſt, conjuncta eſt.

Casòle ſu padre. Pater illam nuptui dedit, nuptiis locavit, in matrimonio, vel in matrimonium collocavit. *Casòlos el Cura.* Sacro ritu parochus matrimonio utrumque devinxit, ritè conjunxit. *Caſados eſtan.* Matrimonii vinculo tenentur, & jugali vinculo adjuncti.

Quieren caſarſe. Matrimonium contrahere cupiunt. Matrimonii jugum ſubire volunt, matrimonio conjungi, copulari. *Buſca con quien caſar ſu hija.* Filiæ conditionem quærit. *Antes que te caſes, mira lo que haces.* Priuſquam incipias, conſulto opus eſt. *Caſarás, y amanſarás.* Conjugium virum domat.

Caſado. Uxoratus, conjux, gis.

Caſada. Nupta, æ. Uxor, conjux, gis. *Recien caſada.* Nova nupta. *Caſados.* Conjuges. *Caſadas, y por caſar.* Nuptæ, & innuptæ.

Caſado dos veces. Bigamus, i. *Eſtà muy caſado con ſu parecer.* Sententiæ ſuæ pertinaciter adhæret. Opinionem ſuam mordicus tenet.

Caſadera doncella. Virgo nubilis, viripotens. *Ya es caſadera.* Jam matura viro eſt, & nuptiis tempeſtiva.

Caſamiento. Conjugium, connubium, matrimonium, maris, & fœminæ conjunctio.

Caſamentero, ò caſamentera. Nuptiarum conciliator, vel conciliatrix.

Caſca. Vinacea, orum.

Caſcabèl. Sonorus ex ære globulus. Siſtrum, i. *Sarta de caſcabeles.* Siſtrorum ſpira. *Sois un caſcabelejo.* Caput cerebro vacuum. *Caſcabelada.* Juvenilis levitas.

Caſcajo de arena. Glarea, æ. *De piedra que ſe labra.* Lapidis ſegmenta.

Caſcajal. Saxetum, ſabuletum, i.

Caſcar nueces, ò avellanas. Nuces frangere, quaſſare. *Caſcar à uno.* Tundere, quatere, cædere, verberare aliquem plagas ingeminare. *Eſtà ya muy caſcado.* Prætractus eſt, ac debilitatus. Senectutis manu affectus eſt, ac pœne confectus.

Caſcaras, ò mondaduras. Putamen, nis. *De huevo.* Ovi cruſtæ, putamina. *Aun no ha ſalido del caſcaròn, y ſe mete à xaque.* Nondum ex pueris exceſsit, & duella crepat.

Caſco de la cabeza. Teſta capitis. Calvaria, æ. Cranium, ii. *Para defenſa de ella.* Galeis ærea. *El caſco de la nave.* Navis ſine armamentis. *Caſco de coſa quebrada.* Teſta, æ. Teſtaceum fragmentum. *Caſcos lucios, ò caſquilucio.* Ventoſum cerebrum. *Puſoſele eſto en los caſcos.* Hoc illi non tàm in mentem, quàm in libidinem venit.

Caſcante. Vide *Temerario.*

Caſcòte. Rudus, eris. Cœmentum, i.

Caſi. Pœne, fere, prope, propemodum. *Caſi nada.* Nihil admodum. *Caſi al punto que ſe acabò el entierro.* Tantum non ſtatim à funere. *Caſi milagroſamente.* Prope divinitus. *Caſi le matò à puñaladas.* Pugione pœne confecit.

Caſo. Caſus, us. Fortuna. *No ſe hizo adrede, ſino acaſo.* Non conſulto, ſed caſu factum eſt, fortè evenit, ſors & fortuna tulit. *Es acaſo porque no lo merece?* An quia indignus eſt? Vide *Acaſo.* * *Yo irè en todo caſo.* Ego ibo utique *Harà mucho al caſo que eſtès tu preſente.* Plurimum ad rem confert, ſi ipſe adſis. Permagni intereſt, ſi ipſe interſis. *Harà mucho al caſo tomarlo de mas atràs.* Operæpretium erit rem altius repetere. *El caſo pide que ſe haga una demonſtracion.* Severitatem res ipſa flagitat. * *Hacer caſo.* Vide *Eſtimar. Què caſo hizo de ti?* Quem locum apud illum obtinuiſti? Quo loco apud illum fuiſti? *No hace ya caſo de los mal veſtidos.* Nos jam illi viles ſumus. Pauperes cognatos vitabundus averſatur. * *Eſtudiar, ò ver el caſo.* Jus, & authores conſulere. *Eſſo no es del caſo.* Hoc ad rem non pertinet, nihil ad rem.

Caſual coſa. Fortuitus, a, um.

Caſualmente. Fortuitò, fortè, casù.

Caſpa de la cabeza. Furfures capitis. Porrigo, inis.

Caſquete de cuero. Capitium ſcorteum. Cudo, onis. *Caſquete, ò caſco de hierro.* Galeis, dis. *Caſquetada.* Temeritas, juvenilis audacia.

Caſquillo de ſaeta. Spiculum, i.

Caſar la penſion. Penſionem extinguere.

Caſta, ò linage. Genus, eris. Stirps, pis.

Caſtizo. Nobilis, generoſus.

Caſta coſa. Caſtus, a, um. Pudicus. *Si no fueres caſto, sè cauto.* Si minus pudicitiæ, at pudori ſaltem parce.

Caſtamente. Caſtè, pudicè, honeſtè.

Caſtidad. Caſtitas, tis. Caſtimonia, pudicitia, integritas, puritas, tis. *Muchas doncellas quiſieron perder antes la vida, que la caſtidad.* Multæ virgines vitam caſtita-

ſtitatis jacturæ poſtabuerunt ; morteque voluntaria turpitudinem depulerunt.

Caſtaña, y caſtaño. Caſtanea, æ.

Caſtaño color. Helvus, ravus, a, um.

Caſtañar. Locus caſtaneis conſitus.

Caſtañeta. Digitorum crepitus. *Las de madera.* Digitorum crepitacula. *Dió una caſtañeta.* Digitis concrepuit.

Caſtigar. Punio, is. Plecto, is. Supplicio, aut gravi pœna aliquem afficere. Supplicium de illo ſumere, in illum animadvertere. Pœnas ab illo poſcere, petere, exigere, ſumere, repetere. *Caſtigarle por juſticia.* Jure, & legibus pœnas ab illo exigere. Jure aliquem ulciſci, pœnas jure debitas ab illo repetere. *Con pena de muerte.* Ultimo ſupplicio afficere, morte aliquem multare, capite punire, plectere.

Caſtigarle en la bolſa. Multare aliquem pecunia. Multam illi irrogare. *El ſerá bien caſtigado.* Audaciæ ſuæ pœnam ſuſtinebit. Pœnas improbitatis ſuæ dabit, feret, ſolvet, luet, ſuſcipiet, pendet, dependet. *Mandaronle caſtigar.* Juſſus eſt duci.

Caſtigo. Supplicium, ii. Pœna, æ. Animadverſio. *No ſe irá ſin caſtigo.* Non impunè abibit. Haud impunè feret. Non impunitate gloriabitur. Non abibit impunis, impunitus. *Algun caſtigo de Dios te eſpera.* Aliquod tibi fatum impendet. Grave tibi à Deo ſupplicium imminet.

Caſtigador. Punitor, animadverſor, is.

Caſtillo. Caſtellum, i. Arx, icis.

Caſtellano, Alcayde del caſtillo. Arcis præfectus, præpoſitus.

Caſtòr animal. Fiber, bri.

Caſtrar. Caſtro, as. Virilia execare, amputare. *Las colmenas.* Alvearia caſtrare. Meſſis vindemiam facere.

Caſtròn. Caper, pri.

Caſulla. Planeta, æ.

Catalogo. Catalogus, i. Vide *Liſta.*

Catar las colmenas. Mella delibare. De favis aliquid detrahere, guſtare. *Quando menos te cates vendrá.* Ex inſperato aderit. Improviſus in te irruet, & aliud agentem occupavit. *Cata que viene.* Ecce venit. Eccum.

Cata de algo liquido. Præguſtatio. *Hacer cala, y cata.* Quanta res ſit explorare, tentare. Rei capacitatem dimetiri, numerum percenſere. *Catavino.* Urceolus pice illitus, ad vinum hauriendum.

Catabatallas. Pugnax, cis. *Cataribetas.* Voluptarius adoleſcens.

Catadura mala. Oris deformitas, fœda hominis facies, diſtortus vultus.

Cataraña, ave nocturna. Cataracta, æ.

Cataratas de los ojos. Suffuſio, nis. Nubecula in oculis. *Catarateró.* Ocularius medicus, Ophtalmicus, i.

Catarro. Rheuma, tis. Catharrus, i. Deſtillatio, vel diſtillatio, defluxio. *Eſtar acatarrado.* Deſtillatione laborare.

Cateciſmo. Catecheſis, is. Inſtructio in myſteriis fidei. Chriſtiana inſtitutio.

Catecumeno. Catechumenus, i.

Catequizar. Baptiſmi candidatum fidei myſteriis inſtruere, imbuere, fidei Chriſtianæ elementis initiare, inſtituere. *El que catequiza.* Catechiſta, æ.

Consecucion. Adeptio, consecutio, nis.

Consequencia. Consecutio, consequentia, æ. *No es buena la consequencia.* Ex his, quæ proposuisti, non id efficitur, non id conficitur, non sequitur, non id fit. Vitiosè concludit.

Consiguiente. Consequens, tis. *No và consiguiente.* Non sibi constat. *Esto bas de decir, si quieres ir consiguiente.* Hoc teneas oportet, si tibi constare vis.

Consiguientemente. Necessariò, consequenter. *Y consiguientemente no debe pagarlo.* Unde efficitur, sequitur, ex quo fit

ut solvere non debeat. Atque adeo solvere non tenetur.

Consentir. Consentio, is. Assentio, vel assentior. Annuo, is. *En materia de gusto.* Obsequi roganti. *No lo consentiré.* Non feram, non patiar, non finam.

Todos consintieron, todos vinieron en ello. De communi omnium sententia gesta res est. Omnes in unam, eandemque rem conspirarunt. Omnium consensu, approbatione, judicio, consentientibus cunctis, & aprobantibus, omnium calculis, & suffragiis decreta, & constituta res est. Nullo discrepante, nemine dissentiente, una omnium conspiratione, atque consensu decreta res est. Omnium sententiæ in re constituenda congruerunt.

Consentimiento. Consensus, assensus, us. Assensio, consensio, nis.

Conserva. Poma conditanea, melle, aut saccharo condita. Salgama, orum.

Hacer conserva, echar algo en conserva. Melle, aut saccharo aliquid condire.

Conservero. Salgamarius, ii.

Conservar. Servo, as. Conservo, custodio, retineo, sustento, tueor, tutor, aris.

Conservar la salud. Valetudinem tueri. Valetudini consulere, operam dare. *Conservar el odio antiguo.* Odium jam diu conceptum in aliquem continere.

Conservar la Republica. Rempublicam conservare, tueri, tutari. Reipublicæ salutem afferre. A Republica, & Civibus pericula propulsare. Cives calamitate, Remp. à periculo prohibere. *Con dos cosas se conserva la Republica, que son castigo, y premio.* Resp. duabus rebus, præmio, & pœna continetur.

Conservador. Conservator, defensor, custos.

Considerar. Considero, as. Intueor, eris. Perpendo, is. *Considero lo que debo à tu padre.* Habeo rationem, quid à patre tuo acceperim.

Consideralo bien. Rem etiam atque etiam considera, diu cum animo tuo cogita. Deliberanda diu tibi, & concoquenda res est. Rem acri, & attento animo intuere. Cogitationes tuas omnes in consilium adhibe. Omnia, quæ accidere possunt, ratione prius, atque animo lustra. Rem diligenter expende. Adhibenda est tibi in eo diligens consideratio. Prius, quàm rem suscipias, matura deliberatione opus est.

Consideracion. Consideratio, meditatio, animadversio, contemplatio, nis.

Considerado. Prudens, consideratus, attentus, cautus, circunspectus.

Consideradamente. Considerate, prudenter, cogitatè, consultè. *Sin consideracion.* Inconsideratè, temere, inconsultè.

Consiliario. Consiliarius, ii.

Consistir. Consisto, is. *En esso consiste el pleyto.* In eo summa judicii, causaque consistit. In hoc res tota nititur. In hoc cardine res vertitur. *En tu vida consiste la seguridad de todos.* Incolumitate tua salus publica nititur, continetur. *En què consiste, que &c.* Quid est, quod &c. Quid causæ est cur &c. *En què consiste esto?* Cur hoc?

Consistorio. Ædes consilii publici. Consistorium, ii. *En Consistorio pleno.* Frequentissimo Senatu.

Consolar. Solor, consolor aliquem de morte alicujus. Consolationem alicui adhibere, solatium præbere, afferre, præstare. Solatio alicui esse. Dolorem verbis levare, mitigare, consolatione lenire, piis alloquiis abstergere. Amica, & prudenti oratione afflictum erigere, spe consolari, confirmare.

Con esto me consuelo. In meo dolore hoc solatio utor. Hoc mihi dolorem mitigat, mærorem minuit, solamen affert, solatio mihi est. Nullam aliam à mærore aberrationem habeo.

Consolador. Consolator, oris.

Consuelo. Solatium ii. Solamen, inis. Consolatio, nis. Doloris levamen.

No ay consuelo para mi. Nihil est, quod solatio mihi esse possit, nihil quod consolationem afferat, aut à merore aberrationem. Ita infixus animo hæret dolor, ut evelli nulla ratione possit. Nulla res est, que me à dolore vindicet, molestia liberet, à mærore avocet. Nulla consolatione animus erigi, nullo solatio confirmari potest.

Consonar. Consono, as. Concino, is.

Consonancia de voces. Concentus, us. Harmonia, symphonia, æ.

Consonante letra. Consonans, tis. *De versos.* Versus extremum alteri consonans.

Consorte. Socius, ii. Consors, tis.

Conspirar. Conspiro, as.

Conspiracion. Conspiratio, nis.

Constancia. Constantia, æ. Gravitas, tis. Animi firmitas, robur animi.

Constante. Constans, firmus, stabilis. *Es hombre constante.* Vir est magna constantia, magna gravitate præditus. Vir est cum primis gravis, & constans in sententia. Vir in quo nihil levitatis, aut inconstantiæ deprehendas. Vir gravissimus, singulari constantia, & gravitate, animi robore incredibili.

Constantemente. Constanter, constanti animo, perseveranter.

Constar, saberse. Constat, patet, liquet. Perspicuum est, manifestum est.

Constar, estàr hecho. Consto, as. Ex quatuor principiis omnia constant.

Constelacion. Sydus, eris. Astrum, i.

Constituir. Statuo, constituo, decerno, sancio, is. *Constituìdo en dignidad.* In excelso dignitatis gradu positus, collocatus.

Constitucion. Constitutio, decretum, i.

Constreñir. Cogo, compellere aliquem. *Apretar.* Constringere, comprimere.

Construir. Vernacula lingua aliquid grammaticè interpretari.

Consuegro. Consocer, eri.

Consuegro. Consocrus, us.

Consuelo. Solatium. Vide *Consolar.*

Cosul. Consul, is. *El que lo ha sido.* Consularis. *La tercera, ò quarta vez Consul.* Tertiùm, aut quartùm Consul.

Consulado. Consulatus, us. *En acabando el Consulado se fue à Francia.* Ex Consulatu profectus est in Galliam.

Consulta. Consilium, ii. Consultatio, deliberatio. *Allà lo trataremos, que es negocio de consulta.* Id coram considerabimus, habet enim deliberationem. *Negocio es de mucha consulta el corte, que se puede dàr en esto.* Magnæ deliberationis est, quæ sit ineunda ratio. *No quiero hallarme en essa consulta.* Nolo huic consilio admisceri. *Esto saliò de la consulta.* De consilii sententia hoc pronuntiatum est.

Consultar entre muchos. Consulto, as. Delibero, as. *Esto se ha de consultar.* Hoc in consultationem, aut deliberationem venit.

Consultar à alguno. Consulere aliquem. Consilium ejus exquirere. *Consultalo contigo.* Te in consilium adhibe. *Consultar hombres doctos.* Adhibere in consilium viros gravissimos, peritissimum quemque. Consilium cum viris doctissimis inire, suscipere. *Que no haga cosa sin consultarle.* Nequid sine illius sententia agat. *Dexar que todos le consulten.* Facere omnibus consilii sui copiam.

Consultor. Consiliarius, ii. Consultor.

Consumado. Vide *Perfecto.*

Consumir. Consumo, absumo, is. *En la Missa.* Sacrosanctum Christi corpus, & sanguinem sumere. *Consumiò su hacienda.* Rem suam confecit, exhausit. Bona sua obligurivit, consumpsit, dilapidavit.

Consumo. Vide *Gasto.*

Consumido. Exhaustus. *De enfermedad, ò vejez.* Morbo, aut ætate confectus.

Contacto. Contactus, us.

Contagio. Contagium, ii. Contagio, nis.

Con-

Contaminar. Contamino, as. Inquino, as. Coinquino, fœdo, as. Macùlo, as.

Contar un sucesso. Narro, memoro, as. Refero, rs. *En historia.* Memoriæ rem prodere, monumentis, aut scriptis tradere.

Contar en numero, uno, dos, &c. Numero, as. Recenseo, es. *Tal cuenta.* Numeratio. *A dinero contado.* Præsenti pecunia, numerata. *De lo contado lleva el gato.* Non curat numerum lupus. *Contar con la pluma.* Numeros ad rationem supputare.

Contarse entre los varones ilustres. Illustrium virorum numero adscriptus est, claris viris annumeratus. In clarum hominum albo repositus. In divorum numerum, vel in divus relatus est.

No te será bien contado. Id tibi vitio dabitur. Criminis loco tibi erit.

Temiò no le fuesse mal contado. Veritus est, ne sibi crimini daretur. Timuit, ne in jus eo nomine vocaretur, ne ansam inimicis calumniandi præberet, ne iniquis locum daret secus existimandi.

Contador. Ratiocinator, calculator. *Contador mayor.* Quæstor, oris. Ærarii Præfectus. *Contador de cuentos.* Fabulator facetus.

Contaduria, lugar. Quæstorium, ii. *Oficio.* Quæstura, æ.

Contemplar. Contemplor, aris. Attento animo intueri, considerare.

Contemplacion. Contemplatio, nis.

Contemplativo. Rerum divinarum contemplator. Qui res divinas diligenter considerat.

Contemporizar con alguno. Morigeror, aris. Morem alicui gerere. Obsequi alicujus voluntati.

Contender con uno. Cum aliquo de aliqua re contendere, altercari.

Contencioso. Contentionis cupidus.

Contienda. Contentio, altercatio. *Dios me dè contienda con quien me entienda.* Utinam cum pari gladiatore committar.

Contener. Contineo, es. *Què contiene este libro?* Quid hoc libro continetur? *Dirèlo como en la historia se contiene.* Referam, quibus verbis in historia proditur. *No puedo contenerme en beber.* Continere me nequeo, quin bibam. *No pude contenerme de decirselo.* Non temperavi mihi, quin rem illi aperirem.

Contento, ò gozo. Gaudium, lætitia, voluptas, tis. *Què loco estarás de contento?* Quanta in voluntate bacchaberis? *Dissimular el contento.* Gaudere in sinu. *No podia dissimular el contento.* Gaudium continere non poterat. *Dàr contento.* Vide *Gusto. Què contento he tenido con tus cartas!* O gratas mihi tuas, jucundasque litteras! *Poco te durará el contento.* Canda tenes anguillam. Lubrica, & fugacia sunt hominum gaudia. *No ay contento como el de la buena conciencia.* Nihil æquè juvat, atque animus recti conscius. Secura mens quasi juge convivium.

Contento, el que lo está. Contentus. *Ninguno está contento con su suerte.* Nemo sua sorte contentus vivit. *Estás contento?* Satisne habes? Placetne tibi?

Contentar. Alicui placere, arridere, probari. *No me contenta.* Non mihi placet, non satisfacit, non probatur. *Nadie puede contentar à todos.* Ne Jupiter quidem omnibus placet.

Contentarse. Contentum esse. Satis habere. *Contentabase con no dexar hazer baza al enemigo.* Satis habebat, hostem rapinis prohibere. *Y no se contentò con esso, sino que le hizo levantar el campo.* Nec se eo loco tenuit, sed castra illum movere coegit.

Contera. Vaginæ contus, extremum.

Conterraneo. Vide *Paysano.*

Contestar. Testor, teliificor, aris. *Contestòse el pleyto.* Lis contestata est.

Contestes testigos. Qui eadem testantur.

Contextura. Contextus rerum.

Contienda. Contentio. Vide *Contender.*

Contigo. Tecum. *Contigo vivo contento.* Te uno contentus sum. Tu mihi instar omnium es, quæ concupiscere possum.

Continencia. Continentia, æ.

Continente. Continens, temperans, tis. Qui sibi temperat. Qui se in ira, aut libidine continet, sibi moderatur.

Contingente ò contingencia. Casus, us. Eventus, us. *Cosa contingente.* Fortuitus, a, um. *Raro, contingente.* Quod raro fit. Rara avis in terris. *Es contingente, que venga.* Fieri potest, ut veniat.

Continua cosa. Continuus, perpetuus, frequens, creber, assiduus in aliqua re. *Continuo del Rey.* Regis comes assiduus. Familiaris, & continuus ejus.

Continuamente. Assidue, perpetuo, continenter, jugiter, usque.

Continuar. Continuo, as. *Continuar los estudios.* Studia litterarum continuare. In studiis permanere, perseverare, procedere. *Continuar los dolores.* Dolores non desinunt, non deficiunt, nihil remittunt.

Continuacion. Continuatio, assiduitas.

Contonearse. Cum facto incedere.

Contorno. Confinium, circumcirca. *En todo aquel contorno.* Toto illo tractu.

Contra. Adversus, vel adversum. In, contra. *Hacer algo contra todos sus sentidos.* Invicta Minerva aliquid contra. Repugnanti naturæ, vim afferre. Coactum, & invitum aliquid exequi, moliri. *No podia yo obrar contra lo que avian mandado.* Non licuit mihi contra facere, ac dictum fuerat, vel quàm &c.

Contralto, voz. Occentor, oris.

Contrabajo, voz. Succentor, oris.

Contradecir. Contradico, is. Obsto, adversor, repugno, obsisto, resisto, reclamo. *En esto todos le contradicen.* In hoc omnes illi adversantur, ab illo dissentiunt, discrepant, ab ejus sententia abhorrent. *En esso se contradice, no và consiguiente.* In hoc sibi non constat, secum pugnat, sibi obstat, à se ipso deficit; repugnantia, & inter se contraria dicit.

Contradicion. Contradictio, reclamatio, repugnantia, refutatio.

Contradictorias. Pugnantes sententiæ, quæ simul veræ, aut falsæ esse non possunt. *Contradictorio juicio.* Quæstio, aut, controversia forensis. *En juicio contradictorio fue vencido.* In judicio repulsam tulit.

Contraer matrimonio. Matrimonium contrahere, matrimonio conjungi.

Contrahacer. Assimulo, as. Vide *Remedar. Contrahacer la firma.* Chirographum, aut manùs alicujus imitari, adulterare. *Contrahacer escrituras.* Tabulas adulterare, transcribendo corrumpere.

Contrahecha cosa. Adulterinus, a, um.

Contramina. Contrarius cuniculus.

Contraminar. Cuniculos ex adverso agere, contrariis cuniculis occurrere.

Contrapeso. Libramentum, æquilibrium.

Contrapesar. Libro, as. Compenso, as.

Contraponer. Objicio, oppono, is.

Contraposicion. Antithesis, is.

Contrapunto. Chroma, tis. Harmonicus sonus. *Echar el contrapunto, realzar una cosa.* Rem expolire, expendere, amplificare. *En la musica.* Modulata voce scan sim personare.

Contrario. Contrarius, adversus, oppositus, adversarius. *Lo contrario haces de lo que prometiste.* Contra facis atque pollicitus es. *En todo me eres contrario.* In omnibus mihi adversaris, mecum pugnas. Gravis mihi semper, & infestus es. Nunquam non mihi obstas. *Al contrario sucedió de lo que todos pensaban.* Contra accidit, atque erat omnium opinio. Contra quàm omnes opinabantur. *Por el contrario.* Contra, è contrario, è diverso, vice versa.

Contrascarpa. Fossæ pars muris adversa.

Contraseña. Tessera, symbolum, i.

Contrastar. Oppugno, impugno, as.

Adversor, aris. *No pude contrastarle.* Illum coercere, frangere non valui.

Contraste. Libripens, dis. Explorandis ponderibus præfectus.

Contrastes. Vide *Desgracias.*

Contratar. Vide *Concertar. Cosa de contratacion.* Commerciorum domus negotialis.

Contrato. Conventio, conventum, i. Vide *Concierto. No tuve trato, ni contrato con él.* Nihil cum eo rationis habui.

Contratreta. Fraudis depulsio, doli frustratio, contrarius cuniculus.

Contravando. Merx edicto prohibita. *Contrecho.* Captus membris, corpore mendosus, distortus.

Contribuir. Contribuo, pecuniam in commune conferre, impendere.

Contribucion. Contributio, collatio, nis.

Contricion. Contritio, nis. Peccati detestatio, quatenus est offensa Dei.

Controversia. Quæstio, nis. Controversia, æ. *El primero, ò peor en controversia.* Facilè princeps, vel facilè deterrimus.

Controvertida cosa. Controversus, a, um. *Materia muy controvertida.* Multum sæpè quæsita, ac difficilis res. Cic.

Contumáz. Contumax, cis. Obstinatus.

Contumacia. Contumacia, æ. Obstinatio, nis. *Disteisme contumacia.* Feciſtis funus, absente me, prandio.

Contumelia. Convitium contumelia, æ.

Conturbar. Conturbo, as. Confundo, is.

Conturbantes. Turbulenti, turbatores.

Convalescer. Convalesco, is. Valentiorem fieri, à morbo recreari.

Tàhe convalecido de el todo. Jam planè valeo, convalui, vires collegi, recepi. Confirmatus à morbo omnino sum. Valeo jam, ut solebam, satis bellè. Pristinas vires recuperavi.

Convalecencia. Valetudinis confirmatio, à morbo recreatio.

Convaleciente. E morbo recreatus.

Convencer. Convinco, coarguo, is. *Conventerle he facilmente.* Paucissimis verbis hominem conficiam, nullo negotio convincam. Gladio illum plumbeo jugulabo.

Convencesme. Adducis me, ut tibi assentiar. *Convencido de tan grave delito.* Tanti sceleris manifestus.

Convenicle con su firma. Suo illum chirographo convici.

Convenir. Convenit, expedit, decet, conducit, oportet. *No hallo por donde convenga esso.* Non video, qua de causa id fieri oporteat, quamobrem id expediat. *En esto convenimos.* Hoc mihi tecum, vel inter nos convenit. Hoc inter nos constat.

Conviene à saber. Scilicet, videlicet.

Convenible hombre. Cui cum quovis facilè convenit, obsequio promptus.

Conveniente. Conveniens, congruens, decens.

Conveniencia de cosas. Rerum concinnitas, concentus, congruencia, convenientia. *Conveniencia, ò comodidad.* Commodum, i. *Atender à su conveniencia.* Rationem sui commodi ducere, habere. *Cada uno de ordinario mira mas à su conveniencia, que al bien público.* Suas quisque rationes reipublicæ saluti ferè præponit.

Convento. Cœnobium, Monasterium, ii.

Conventículos. Conciliabula, conventicula suspecta. Cœtus occulti.

Conversar con alguno. Familiariter agere cum aliquo. Familiares sermones cum eo conferre. Esse alicui familiarem. Cum aliquo versari, consuetudinem habere.

Conversacion. Familiaris sermo, usus familiaris, consuetudo cum aliquo. *La mucha conversacion, es causa de menosprecio.* Nimia familiaritas contemptum parit.

Convertir. Converto, is. Aquam in vinum convertere, infideles ad fidem.

Convertirse. Ad frugem bonam se recipere. Se totum ad Deum convertere. Animum à scelere revocare. A vita flagitiosa, & impura ad honestatem traduci. A vitæ

vitæ turpitudine recedere, honestamque vivendi rationem inire, suscipere.

Conversion. Conversio, nis.

Copa. Patera, æ. Poculum, i. *Copòn, ò copa grande.* Crater, eris. Sciphus, i. *Copa de arbol.* Arboris fastigium. *Copa de sombrero.* Galeri capacitas. *Copas en los naypes.* Carchesiorum folia.

Copero. Pincerna, pocillator, oris.

Copete. Frontis apex. Surrecti in fronte crines. *Perendengues en el copete en los niños.* Aureus, vel argenteus scorpius. *En las mugeres.* Corymbus, i.

Copetudo. Elatus. Vide *Altivo.*

Copia. Copia, abundantia, æ. *De palabras.* Facundi, dicendi copia, dicendi facultas, verborum abundantia, ubertas. Orationis flumen. *Copia tiene el Frayle.* Luxuriat verbis.

Copia de carta. Litterarum exemplum.

Copiar. Vide *Trasladar, y Retratar.*

Copioso. Copiosus, abundans.

Copiosamente. Copiosè, abundanter, prolixè, uberrimè, plena manu, fusè.

Copla. Versus consoni. *Entenderse à coplas.* Versibus invicem mordent. Jambis se mutuo petunt, mutuis dicteriis se pugnant. *El que te dice la copla, te la hace.* Dum fibriat serpens, mordet.

Copo de lana ò lino. Pensum, i. *Copos de nieve.* Cœlestis aquæ spuma. Tacitarum vellus aquarum.

Copula. Coitus venereus. Concubitus.

Coraza. Lorica, æ. Torax ferreus. *Corazas, los que las traen.* Equites lori ati. *Tentarle las corazas.* Virtutem alicujus experiri. Periculum de eo facere.

Corazon. Cor, dis. *Amole de corazon.* Illum ex corde amo, ex animo diligo, ex intimis præcordiis. *Digalo de todo corazon.* Ex animo sententia loquor. *No tengo corazon para ver esto.* Non sustinet animus hæc aspicere. Abhorret animus ab hoc spectaculo misero, & acerbo. *El corazon me lo decia.* Animus id malum præsagiebat. Hac suspicione sum percussus.

Corazon del arbol. Arboris medulla, cor. Matrix, cis. *Corazon de la fruta.* Volva, æ. *De el invierno.* Media hyems, summa vis hyemis.

Corazoncillo. Corculum, i.

Coraje. Implacabilis iracundia, animi rabies. *Corajudo.* Implacabilis, inexorabilis. Pertinax in ira.

Coral. Coralium, ii. Lapillus ruber.

Corchete del vestido. Uncinulus, i. *Los de la justicia.* Satellites, um.

Corcho. Suberis cortex.

Corchera. Seberea capsa.

Corceba. Gibbus, i. *Corcobado.* Gibbosus, gibber, eri. Gibbo deformis.

Corcobos del caballo. Equi subsultatio ad excutiendum sessorem. *Dar corcobos.* Subsultim onus detrectare.

Corzo. Subulo, nis.

Cordèl. Funis, funiculus, i. *El de los Carpinteros.* Amussis, is. *Apretarle los cordeles.* Aliquem urgere, premere. Confessionem, aut contensum alicui extorquere. *Dar cordelejo.* Vide *Morejar.*

Cordelero. Vide *Soguero.*

Cordera. Agna, æ. *Cordero.* Agnus, i. *De leche.* Lactens, subrumus. *Tardio.* Cordus, i. *Es un cordero en la condicion.* Homo est suavis, & mitis; miti, lenique natura.

Cordial cosa. Quod animum recreat, cordique salutare est. *Cordialmente lo ama.* Ex animo illum diligit.

Cordillera. Radix montis æqualis, vel perpetui collis dorsum.

Cordon. Funiculus, i. *De Frayle.* Funiculus nodosus. *De cerco en la guerra.* Sepes militaris. *Echarle.* Sepem ducere. *Apretarle.* Urbem obsidione premere.

Cordonero. Funium textor, limbolarius.

Cordovàn. Pellis caprina concinnata.

Cordura. Prudentia, cor, dis. *Quanto*

mas cordura tuviere, tendrà menos lengua. Quo plus illi cordis erit, eò erit & oris minus.

Corma. Lignea compes. *Echarle una corma.* Ligneam compedem illi inducere.

Cornado. Minutia, æ. Minutum, i.

Cornada. Ictus à cornu. *Diòle una cornada.* Illum cornu petivit.

Cornales. Boum vincula. Lora, quibus boves sub jugum mittuntur.

Corneja. Cornix, cis. Cornicula, æ.

Cornejàl. Agri angulus.

Cornerina piedra. Onyx, chis.

Corneta. Buccina, æ. Tuba cornea. *El que la toca.* Cornicen, buccinator.

Cornicabra arbol. Terebinthus, i.

Cornija. Coronices. Parietum coronæ in templo ex opere inteſtino.

Coro. Chorus, i. Odæum, ei. *Decir de coro.* Memoriter recitare. *Cantar à coros.* Alternis canere.

Coriſta. Choro deſtinatus.

Coroza. Cucullus infamis.

Corollario. Corollarium, appendix, cis.

Corona. Corona, æ. *De flores.* Serta, orum, Corolla, æ. *Flores de la corona.* Coronamentum, i. *Corona de Rey.* Diadema, tis. *De el que triunfa.* Laurea, laureola, æ. *De Clerigo.* Verticis tonſura. *Abrir la corona.* Verticem abradere. *Corona de Rey, yerva.* Sertula Campana. *Coſa de corona.* Coronarius, ut herbæ coronariæ, aurum coronarium.

Coronar. Corono, as. Coronam, aut diadema alicui imponere. Redimire tempora lauro, laurea, aut ſertis coronare, decorare.

Coronacion de Rey. Inauguratio, nis.

Coronado. Coronatus Corona, aut laurea ornatus, ſertis redimitus.

Coronilla de la cabeza. Vertex, icis.

Coronèl. Tribunus militum. Chiliarchus.

Coronica. Chronica, orum. Annales.

Coroniſta. Hiſtoricus. Hiſtoriæ ſcriptor.

Corporal coſa. Corporeus, a, um. Corporalis, corporatus, corpus habens. *Corporales.* Sacra linteola Chriſti corpori ſubjecta.

Corpulento. Corpulentus, obeſus, corpore amplo. *Corpulencia.* Corpulentia, æ. Corporis amplitudo, craſsitudo.

Corràl. Cors, tis, vel cohors, tis. *De vacas, à ovejas.* Stabulum, i. Ovile, is. *De cartapacio.* Lacuna, æ. *Sacarle.* Explere lacunam. *Meterle las cabras en el corràl.* In ſummas anguſtias aliquem adducere.

Corrèa. Corrigia, æ. *De coſa pegajoſa.* Lentor, oris. *Hacer corrèa la coſa.* Lenteſco, is. *No tiene corrèa.* Non fert facetiarum aculeos. Dicteria non ſuſtinet.

Correoſo. Lentus, a, um. *Mas dura el fuego que prende en madera correoſa, y fuerte.* Vivacior eſt ignis: qui cum lenta, difficilique materia committitur. Plin.

Corredor. Pergula, æ. *De Sol.* Solarium. *Corredor que corre.* Curſor, is. *Corredor de la mercaderia.* Proxeneta, æ. Inſtitor circumforaneus, magno, nis, parvus. *Corretaje.* Proxeneticum, magnonis merces.

Corregir. Corrigo, emendo, as. *Reprehendiendo.* Corripio, reprehendo, is.

Corrector de libros. Corrector, emendator, mendorum caſtigator. Cenſor.

Correccion. Correctio, emendatio, nis.

Corregidor. Prætor, urbis Præfectus. *El Corregidor ha de ſer prudente, grave, y vigilante.* Animo Prætorem eſſe oportet, conſilio, gravitate, vigilantia. *Hizo buen Corregidor.* Optiale Prætorem egit. Magna cum laude Præturam geſsit, Rempublicam adminiſtravit.

Corregimiento. Prætura, urbis præfectura.

Correo. Tabelliarius, nuncius, curſor.

Correr. Curro, is. *Delante.* Præcurro. *Cueſta abaxo.* Decurro. *Por varias partes.* Diſcurro. *Correr en el campo.* Procurro. *Dando carreras.* Curſo, as. Curſito, as. *Correr la poſta.* Diſpoſitis equis, aut veredis pervolare.

Correr tras otro. Curſu aliquem inſequi, perſequi. *Correr el premio.* Currere, decurrere ad propoſitum præmium. *Correle la fortuna.* Fortuna utitur proſpera, & benigna. Fortuna illi ſecunda aſpirat. *Eſto corre.* Hæc fama vagatur. Hic rumor increbreſcit.

Correr motejando. Cavillis in aliquem ludere. Aliquid in aliquo cavillari. *Correſme con tantas honras como me haces.* Pudore ex tuis laudibus afficior.

Correrſe. Erubeſcere, pudere, pudore affici, rubore ſuffundi. *Corrido eſtoy de lo que hice.* Me facti vel feciſſe pudet. *Corrido và.* Pudore ſuffuſus abit. Pudibus abſceſsit.

Correr coſa liquida. Fluo, influo, is. *Correr de arriba.* Defluo, delabor, eris.

Correr la cortina. Vide *Cortina.*

Correr toros. Tauros agitare.

Corre riesgo. In diſcrimen adducitur, vocatur. *Correrà por ſu cuenta.* Ipſe damnum præſtabit, liquid acciderit. *Corren eſta coſta los Moros.* Ora hæc maritima Maurorum excurſionibus infeſta eſt, piraticis navigiis infeſtatur.

Correrìas de ſoldados. Excurſio militum. *Hacerlas.* Excurſionem facere in hoſtilem terram.

Corrida. Curſus, us. Curriculum, i. *De corrida leì las cuentas.* Rationes curſim legi.

Corriente de rio. Fluvius, ii. Fluxio, profluens, tis. *La corriente de la ſangre.* Fluxio, vel fluxus ſanguinis.

Corriente moneda. Vulgaris pecunia. *Hombre corriente.* Urbanæ dicacitatis contemptor. Qui nihil jocis, aut cavillis movetur. *Eſto es coſa corriente.* Commune hoc eſt, & frequenter uſurpatum. *Ya no corre eſſo.* Jam id obſolevit, deſitum eſt.

Corrimiento. Diſtillatio. Rheuma, tis. Catharrus. *A los ojos.* Suffuſio, nis.

Correncia. Ventris fluxus.

Correſponderſe. Mutua cum aliquo officia uſurpare, exercere, præſtare. Mutuum cum aliquo facere, mutua benevolentia ſe proſequi. *Por cartas.* Multis litteratum officiis certare. *No correſpondeis à mi voluntad.* Non mihi in amore reſpondes. Non mihi parem benevolentiam præſtas. Vide *Amor.*

Correſpondencia. Amica officiorum viciſsitudo. Officia mutua.

Correſpondiente, ò correſponſal. Magnarius negotiator, qui in negotiis agendis alicui reſpondet.

Corro de bayle. Saltantium chorus, chorea. *Corro de gente, ò corrillo.* Circulus, i. Corona. *Hacer corrillos.* Miſcere cœtus. Conferre capita. *Echar algo en corro.* Rem in medium vocare, judicio multitudinis committere. *Murmurar en corrillos.* Collatis capitibus conſuſurrare. Circulatim rumores diſsipare. *Los que hacen corrillos.* Circulatores.

Corroborar. Vide *Confortar.*

Corrobra. Compotatio in gratiam contractus. *Beber la corrobra.* Contractum compotatione celebrare.

Corromper. Corrumpo, vitio, as. Depravo. *Corrompido.* Corruptus, depravatus, vitiatus. *Corrupcion.* Corruptio, tabes, is. *De coſtumbres.* Morum corruptela. *Coſa que corrompe.* Tabificus, a, um. *Corrompedor.* Corruptor. *Ella.* Corruptrix, cis.

Cortar. Scindo, is. Seco, as. Cædo, is. Abſcindo, reſeco, as. Amputo, as. *Al rededor.* Circuncido, is. *Haciendo pedazos.* Intercido, is. In fruſta concidere, reſecare. *Cortar de alguna coſa.* Deſeco, oxſeco, as. Decido, decerpo, is.

Cortar la cabeza. Frangere cervices. *Cortaronle la cabeza.* Caput illi abſciſsum, amputatum eſt. Securi percuſsus eſt.

Cortar la pluma. Temperare calamum.

Cortar de vestir. Vide *Murmurar.*

Cortar el argumento. Argumentum præcidere, præcludere, eludere. *Quedòse cortado.* Hæsit tamquam in medio deprehensus. Oculi, vultus, verba illi subitò conciderunt. *Cortase facilmente.* Facilè obturbatur, & hæret. *Que nos cortan.* Intercipimur ab hoste.

Corta de arboles. Arborum incisio, sylvæ cæsio, decisio. *Cosa que se corta.* Sectilis, sectivus, cæduus.

Cortadura. Sectio, scisio, scissura, æ.

Corta bolsas. Crumenisecа, æ.

Cortador. Lanius, ii. Lanio, nis.

Cortapisa. Correctio rei abhibita. *Con cierta cortapisa.* Correctione quadam adhibita.

Corte de cosa que corta. Acies, ei.

Corte en algun negocio. Ratio rei gerendæ, via. *Darle.* Rationem rei gerendæ inire, invenire, viam aperire. *No sè que corte se puede dar en esto.* Non video, qua ratione res decidatur.

Corte del Rey. Curia, æ. Regni sedes.

Cortejar. Vide *Agasajar.*

Cortes. Comitia, orum. *Tener Cortes.* Conventum regni agere, celebrare. *Lugar donde se tienen.* Comitium, ii.

Cortès hombre. Urbanus, comis, humanus.

Cortesia. Urbanitas, comitas, humanitas. *Gran cortesia me hicieron.* Perhumaniter mihi assurrexerunt. Perhonorificè exceptus, & consalutatus fui.

Cortesmente. Humanè, urbanè, comitèr.

Cortesano. Urbanus. *En su trato.* Politicus, civilis. *Cortesanamente.* Urbanè.

Cortesana. Meretrix urbana.

Corteza de pan. Crustum, crustula. *De melon.* Putamen, inis. *De arbol.* Cortex, icis. *La de dentro.* Liber, bri.

Cortijo, ò Granja. Villa, æ.

Cortina. Cortina, æ. Velum. *Correr la cortina cerrando.* Velum pandere, obtendere. *Abriendo.* Velum contrahere, reducere.

Corto. Brevis, curtus. *En hablar.* Verborum inops. Indisertus, infans. *Corto, encogido.* Timidus, pusillanimis. *Corto de vista.* Oculis hebetioribus. *Corto en dar.* Illiberalis, strictus, parcus, tenax. *Andar corto en ocasiones.* Parcum, & illiberalem se interdum exhibere. Parum pro eo, ac debet tribuere, præstare.

Cortamente. Parcè, illiberaliter.

Cortedad. Brevitas, tis. *De vista.* Hebetes oculi. *De ingenio.* Ingenii tenuitas, tarditas, exiguitas. *De animo.* Timiditas, pusillus animus. *Cortedad en hablar.* Verborum inopia. *En dar.* Tenacitas, illiberalitas.

Corva de la pierna. Poples, itis. *En las bestias.* Suffrago, inis. *Corvadura.* Curvatura, æ. Curvamen, inis.

Corva cosa. Curvus, aduncus, incurvus.

Corvata. Carbasus è collo pendens.

Corvejon de bestia. Suffrago, inis.

Corvetas. Vide *Gambetas.*

Cosa. Res, ei. *No es cosa.* Nihil ad rem. *No ay cosa con cosa.* Permixta, & conturbata sunt omnia. *No es cosa de cuidado.* Nihil est quod solicitè sitis, vel nihil ex eo sum solicitus. *No vale cosa.* Nihil prodest. *No dices cosa con cosa.* Vix tua cohæret, aut constat oratio. *Què de cosas! y en quan pocas palabras!* Quàm multa! quàm paucis! Cic.

Cosario. Prædo, nis. Pirata, æ. *Andar en corso.* Piraticam facere. *Ser corsario en algo.* Callidum esse, ac versatum in aliqua re.

Coscoja. Folium aridum. Quisquiliæ.

Cocorron. Vide *Cocorròn.*

Cosecha, ò cogeta. Fructuum perceptio. Proventus, us. *La cosecha pende del tiempo.* Agrorum fructus pérlevi sæpè fortunæ momento, & inclinatione temporis pendent. *Esto tengo de mi cosecha.* Hoc mihi

mihi multa natura insitum est. Huic vitio natura obnoxius sum.

Coselete. Levis armaturæ miles.

Coser. Suo, is. Consuo, is. *Coser uno con otro.* Assuo, is. *Coser lo que està roto.* Sarcio, is. *Coserse con la tierra.* Ad terram se demittere, adjicere, submittere.

Cosmografia. Mundi descriptio. Cosmographia. *Cosmografo.* Cosmographus, i.

Coso. Circus, i. Cavea, æ. Arena, æ.

Cosquillas. Titillatio, nis. *Hacer cosquillas.* Titillationem alicui movere. Attrectatione corporis risum excitare. *No sufre cosquillas.* Non jocis assuevit. Non fert jocorum lasciviam.

Cosquilloso. Proclivis ad iram.

Costa. Sumptus, us. Impensa, æ. Impendium, ii. *Hacer la costa.* Sumptum facere de suo. *Querian reirse à mi costa.* Ludibrium mihi adornabant. Meo rubore risum, plausumque captabant. *No quieras acomodarte à costa de otros.* Noli alienis incommodis commodum tuum persequi. *Quiere que le sirvamos à nuestra costa.* Obsequium exigit à nobis gratuitum.

Costas del pleyto. Litis æstimatio. *Salió condenado en costas.* Litis æstimatione multatus est.

Costa del mar. Littus, oris. Ora maritima. *Andar por la costa.* Littus obire.

Costear la Campania. Oram Campaniæ legere. Campaniam prælegere. *Cornel. Tacit.*

Costar. Consto, sto, as. *Piensas que esto no cuesta nada?* An putas hoc constare gratis? Nullo labore, nulla industria perfici? *Caro le costò la burla.* Non impunè procax fuit. Malè illi petulantia cessit. *Nunca mucho cuesta poco.* Difficilia quæ pulchra. *Podeislo hacer, sin que os cueste nada.* Impunè hoc feceris.

Costilla. Costa, æ. *No tiene costilla para tanto.* Facultates ejus sumptibus non sufficiunt. Tantos sumptus non ferunt.

Costosa cosa. Sumptuosus, lautus, a, um.

Costosamente. Sumptuosè, lautè.

Costado. Lautus, eris. *Dolor de costado.* Pleuritis, dis. *El que le tiene.* Pleuriticus.

Costal. Saccus, i.

Costra. Crusta, æ. Crustula, æ.

Costumbre. Mos, ris. Consuetudo, usus, us. *Iba delante, como es costumbre.* Præibat de more, ex consuetudine, ut mos est, ut moris est. *Ay costumbre de esto.* Invaluit hic mos. Increbuit hic usus, & consuetudo. More majorum ita comparatum est. Id jam usus, & consuetudo suscepit, obtinuit. Id in consuetudinem venit. Hæc inducta consuetudo est. Solemne istuc est, usu & consuetudine receptum.

Costumbre fuè entre los Romanos. Mos fuit apud Romanos. *Contra la costumbre es esto.* Novo more hoc fit, nullo que exemplo. *Renovar la costumbre.* Antiquum morem referre, revocare, renovare.

Aun dura esta costumbre. Adhuc hic mos viget, perseverat. Tenetur etiam nunc hæc consuetudo, servatur, retinetur; vim adhuc, & robur habet. Noadum nobis è manibus disciplina majorum effluxit.

Costumbre envejecida. Consuetudo inveterata. *A la mala costumbre, quebrarla la pierna.* Abusus, & corruptela non sunt ferenda. Malo nodo malus adigendus est cuneus. *No mudarà de costumbre.* Non resipiscet. Calum in scelere obduxit. Frangas citiùs, quàm corrigas, quæ in pravum indurverunt. Nunquam efficies, ut rectè ingrediantur cancri. Consuetudo est altera natura. *Hombre de buenas costumbres.* Vir optimis moribus, benè moratus, honestè, & liberaliter educatus, modestus, frugalis. *De malas.* Corruptis, pravisque moribus. Vide *Vicioso.*

Costura. Sutura, æ.

Costurera. Sutrix, sarcinatrix, cis.

Cota. Lorica. *De malla.* Hamis conferta. *Pagar la cota.* Pro rata solvere.

Cotejar. Confero. Vide *Comparar.*

Cotejo. Collatio, comparatio, nis.

Cotidiano. Quotidianus, creber, frequens.

Coto. Terminus præfinitus. Meta, æ. *Poner coto.* Terminum præfinire, metam præscribere. *Coto prado.* Pascua prohibita. *Coto de mano.* Pugni mensura.

Cotonia. Cinum xylinum.

Cotorrera. Psittacus fœmina.

Cotrál, buey. Bos vétulus.

Covacha. Latibulum, i.

Cavarde. Ignavis, timidus, meticulosus. *Covardía.* Ignavia, timiditas. *Covardemente.* Ignavè, timidè.

Coxijo. Anxietas, scrupulus, i.

Coxijoso. Anxius, morosus.

Coxin. Pulvinus equitantis.

Coxo. Claudus, i. Altero, vel utroque pede captus, debilis. *Coxear.* Claudico, as. *Coxera.* Claudicatio, nis.

Coyunda. Lorum, i.

Coyuntura. Commissura, junctura, æ. *De tiempo.* Temporis opportunitas. Occasio, tempus. *Venís à buena coyuntura.* Tempestivè, opportunè, peropportunè advenis, in tempore venis. *No perdamos la buena coyuntura.* Temporis opportunitate utamur. Vide *Ocasion.*

Coz. Calcis ictus. *Dióle una coz.* Calcem illi impegit. Calce illum percussit. *A cozes le echó de alli.* Calcibus illum abegit. *Dar à uno de cozes.* Calcibus aliquem subigere. Pessundare aliquem.

Cozear, tirar cozes. Calcito, as. Calces conjicere, adjicere, jaculari.

Cozedor. Calcitro, nis. Calcitrosus.

cozobra, corra, &c. Vide Z.

C ANTE R.

Crecer. Cresco, is. *Con el tiempo.* Adolesco, is. *Crece el mal.* Malum serpit, glíscit, augescit. Pestilentia grassatur, increbescit. Morbus ingravescit, invalescit. Lues diffunditur, latiùs emanat.

Crecida cosa. Actus, adultus, a, um. *Crecido en edad.* Adulta ætate, vel ætate adultus, ætate provectus, provecta ætate homo.

Creciente del mar. Æstus, us. *Del rio.* Alluvies, ei. Alluvio, nis.

Crecimiento. Incrementum, accretio, accessio. *De calentura.* Febris accessio.

Creer. Credo, is. Fidem alicui habere. *Creeme, que es assi.* Ita res est, mihi crede. *Creolo.* Credo, pro certo habeo, in animum induco, mihi persuadeo, ita esse. *No acabo de creerlo.* Nondum adducor, ut credam. *No me lo harás creer.* Non facies mihi fidem, neutiquam persuadebis. *No lo creeré, aunque lo jures.* Nec jurato tibi crediturus sum. *Ver, y creer.* Magis est oculis, quam auribus habenda fides. *Ir con tiento en materia de creer.* Noli citò credere. Credulitas noxia sæpè est. Ne credulum te præbeas. *Los buenos facilmente creen.* Credulitas in optimi cujusque mentem facile irrepit. *A otro, que os lo crea.* Alium quærere, cui centones farcias. *Plaut.*

Credulo. Credulus. Qui facilè credit.

Creencia de los Christianos. Christiana fides. *Facilidad en creer.* Credulitas.

Credencia. Abacus, i. Repositorium.

Credito. Fides, ei. *En no pagando à tiempo, se pierde el credito.* Solutione impedita fides concidit. *Mas es su credito, que su caudal.* Fide est, quàm re locupletior. *Será credito de tu prudencia prevenir este lance.* Prudentiæ tuæ erit hoc malum præcavere, huic malo ocurrere, providere ut ne fiat.

Creible. Credibilis, verisimilis. *Hagase creible el discurso.* Fidem faciat oratio. Qui fidem exigunt, fidem adstruant.

Creyentes Credentes, fideles.

Crencha. Discrimen capillorum.

Crepusculo. Lux dubia. Crepusculum.

Crespo. Crispus, a, um. Crispulus.

Cresta. Cresta, æ. Cristula, æ. *Ave con cresta.* Avis cristata.

Cria. Fœtus, us. Partus, us.

Criatura, cosa criada. Creatura, res creata. *Criatura, niño.* Infans, tis. Pusio, nis. *Todas las criaturas.* Omnia, quæ à Deo creata sunt. Res creatæ omnes.

Creacion. Creatio, nis. *Del mundo.* Mundi principium, initium, origo.

Criador. Creator, procreator. Mundi opifex, rerum conditor.

Criar. Creo, as. Procreo, as. Gigno, is. *Dios criò todas las cosas.* Res universas Deus fecit, effecit, creavit. Rerum omnium author, & effector Deus est. Ipse est rerum omnium conditor, & artifex. Deus ex nihilo cuncta condidit, eduxit, excitavit. A Deo cuncta profecta sunt. Ab uno Deo principium habent, originem trahunt.

Criar aves, ò animales. Altilia pascere, farcire, faginare. *Criar con leche.* Nutrio, is. *La que cria.* Nutrix. *Tal crianza.* Nutritio, nutricatio, nis. *Cria el cuervo, y sacarte ha los ojos.* Ale luporum catulos.

Criar en buenas costumbres. Liberos honestè educare, liberaliter instituere, bonis moribus instruere, informare. *Bien criado.* Probè, piè, honestè, liberaliter educatus. Liberalibus disciplinis instructus, eruditus. Honestis, ac piis moribus informatus, imbutus. *Mal criado.* In luxu, ac deliciis educatus. Nimia parentum indulgentia corruptus, pravis moribus imbutus.

Crianza, ò enseñanza. Institutio, educatio. *Buena.* Honesta, liberalis. *Crianza, ò policia.* Urbanitas, comitas, tis. *No tiene rastro de crianza.* Ne vestigium quidem honestæ educationis in eo appareat. Omnis humanitatis, & urbanitatis expers.

Criado. Famulus, minister, servus. *Concriado.* Conservus, i. *Criado que acompaña.* Pedisequus, i. *Para mandados.* Emissarius. *Malmandado.* Tardus, piger, contumax. *Encomendar à cada criado lo que ha de hacer.* Suam cuique provinciam servo dare, officiique admonere. *Nadie hacen bien, sino por el castigo.* Ita sunt ingenio improbi, ut officium malo suo cogantur commoneri. *No hacen mas que comer, y hurtarme quanto tengo.* Nihil aliud faciunt, nisi rem meam conficiunt, atque avertunt.

Criada. Famula, ancilla, æ. *Que acompaña.* Pedisequa. *Que compone al ama.* Quæ dominam ornat. Ornatrix, icis. *La que tiene las llaves, como ama.* Administra, æ.

Criadillas de tierra. Tubera, um. *Las de carnero.* Testiculi, orum.

Crimen, ò delito. Crimen, inis.

Criminal cosa. Criminalis, criminosus. *Criminalmente.* Criminosè.

Crines. Crines, ium. Capilli. *Hacer las crines à un lugar de la escritura.* Viam sternere, munire ad confirmandum aliquid Sacræ Paginæ testimonio, sententia, authoritate.

Criollo. Patria Indus, genere Hispanus.

Crisma. Crisma, tis. Unctio sacra.

Crismar. Chrismate aliquem ungere.

Crisól. Catinus, quo metallum exquoquitur. Toscanium vas.

Crisolito, piedra. Chrysolithus, i.

Cristál. Crystallus, i. *Cristalino, cosa de cristál.* Crystallinus, a, um.

Cristiano. Vide *Christiano.*

Critico. Criticus, severioris notæ, & judicii homo. *Muy preciado de critico.* Qui cum censoria virgula, & critica falce natus esse videtur. *Criticos dias.* Critici dies, decretorii. *Hablar critico.* Vide *Culto. Critica.* Quæstio ex litteris humanioribus, aut ex floribus philosophiæ.

Crivo. Cribum, i. Vannus, i.

Criva. Cribum, quo palea purgatur.

Crocodrilo. Vide *Cocodrillo.*

Cronica. Vide *Coronica.*

Cronografia. Temporum descriptio.

Crucificar. Hominem cruci affigere, suffigere, in crucem agere, tollere. *Crucificado.* Cruci affixus, suffixus. Crucifixus.

Crucifixo. Christi imago crucifixi.

Crudo. Crudus, a, um.

Crudeza. Cruditas, tis. *Del mucho comer se engendra la crudeza, y de la crudeza la enfermedad.* Ex intemperantia cruditas, ex cruditate morbus exiftit, efficitur.

Cruel. Crudelis, immanis, inhumanus. Ferus, durus, dirus, fævus. Omnis humanitatis expers. Ferreus, atrox, immitis, implacabilis, inexorabilis. *Notablemente cruel.* Singulari prædito inhumanitate, & crudelitate. Immanitate bellias superans. Cujus præter cæteros ex nobilitate crudelitas. Alter Phalaris. Atteo, & Burfiride crudelior. Omni diritate, atque immanitate teterrimus.

Crueldad. Crudelitas, immanitas, fævitia, diritas, inhumanitas, tis. *Usaron conmigo de grandissima crueldad.* Usus fum is crudelissimis. Cic.

Cruelmente. Crudelitèr, dirè, atrociter, inhumanè, immaniter, fævè.

Cruxir. Strideo, es.

Cruxia. Fori, orum. *Passar cruxia.* Vexari, exagitari, malè habere.

Cruz. Crux, cis. Patibulus, gabalus, i. *Hacer la señal de la cruz.* Crucis signo se munire. *Haciase cruces.* Usque mirabatur, inopinata perculsus. Rem satis mirari non poterat.

Cruzar de una parte à otra. Ultro, citròque cursare. *Cruzar los brazos.* Brachia decussare. *Cruzarle la cara.* Novacula faciem ejus deformare. Decussato vulnere os ejus fœdare, deturpare.

C U.

C ANTE U.

Cuba. Cupa, vel cuppa, æ.

Cubero. Cuparum artifex.

Cubeto. Seria, æ. Vas salsamentarium.

Cubilete. Acetabulum, i. Caliculus, i. Pyrus, i. Turricula, æ.

Cubo de rueda. Modolius, i. *De muralla.* Rotunda muri turris.

Cubrir. Tego, obtego, is. Obduco, is. Operio, cooperio, is. *Con velo.* Velo, as. Velo tegere. *Con barro.* Oblino, is. Oblimo, as. *Con planchas.* Laminis tegere. *Cubrirse el Cielo de nubes.* Cœlum nubibus obduci, obscurari.

Cubierto. Tectus, coopertus, velatus.

Cubierta. Tegumen, tegumentum, integumentum, operimentum, i.

Cucas de niños. Cupediæ, orum. *Malacuca de muchacho.* Puer improbus, nequam, morosus.

Cucaracha. Multipeda, æ. Procellio, onis. *Cuchar, ò cuchara.* Cochlear, vel cochleare, is. *Cucharada.* Cochlearium, ii. Quod capit cochlear. *Mete tambien su cucharada.* Imperitus apud doctos judicium interponit suum.

Cucharon. Tudicula. Cochleare majus.

Cuchilla de alabarda. Securis, is.

Cuchillo. Culter, tri. Cultellus, i. *De cortar plumas.* Scriptorius cultellus. Graphiarius gladiolus. Scalprum librarium.

Cuchillada. Vulnus cæsim inflictum. *Darla.* Gladio cædere, cæsim ferire. *Brava cuchillada le dieron.* Luculentam plagam accepit.

Cuchillero. Machæropœus, i.

Cuchucheatse. Aliquos inter se mussare, mussitare.

Cuclillo. Cocyx, gis. Cuculus, i.

Cuello. Collum, i. Cervix, icis. *De camisa, ò jubon.* Collare indusii, aut thoracis. *Hasta el cuello.* Collo tenus.

Cuellecico. Collare angustum.

Cuellierguido. Erecto collo. Superbia elatus. *Andad muy cuellierguido.* Elato, & tumido collo incedere.

Cuenca del ojo. Oculi pelulis, cavum.

Cuenda. Funiculis, quo decussata fila tenentur. *Madexa sin cuenda.* Non homo, sed scopæ solutæ.

Cuenta, ò quenta. Ratio, ratiocinium, supputatio. *Echeme mi cuenta.* Duxi meam mecum rationem. *Bien estàs en la cuenta.* Rectè rationem tenes. *Aya buena cuenta, y blanca no parezca.* Ratio constet, nec nummus appareat. *Hacer cuentas.* Rationes conferre, computare, subducere. *Ajustarlas.* Ad nummum convenire. *Tomar algo en cuenta.* Aliquid in acceptum referre. *Meterlo en la cuenta.* In rationem id referre. *Yo lo pondrè à tu cuenta.* Ego tibi expensum feram. *Yo no hice mas que leer las cuentas.* Ego ad rationes nihil præter lectionem adhibui.

Cuentas viejas, barajas nuevas. Vel optima nomina, non appellando, mala fiunt. *Al dar la cuenta me lo direis.* Ad amussim, & libellam te revoco. *Haz cuenta, que te llaman à cuentas.* Fac te ad calculos vocari. *Haceis la cuenta sin la huesped.* Sine hospitis sententia rationem putas.

Dar, ò tomar cuenta de algo. Reddere, vel exigere rationem de aliqua re. *Ten cuenta con esto.* Id curæ, & diligentiæ tuæ committo. In hanc rem incumbe. Hoc age. *Corra por mi cuenta.* In me recipio. Mea fide suscipio. *Correrà por tu cuenta, si se perdiere.* Tu periculum præstabis, si res perierit. *Hacer cuenta que està presente.* Habere rationem absentis. *No es hombre de cuenta.* Nullo loco habetur, nullo ordine, nullo numero.

Cuentas de Rosario. Sphæruli precatoriæ. Calculi piaculares.

Cuento de lança. Contus, i.

Cuento, ò fabula. Fabella, narratio, apologus. *Donoso cuento.* Lepida narratio. Festivum commentum. *Es cosa de cuento.* Apologus, & merum commentum est. *Gusta de cuentos.* Fabellis delectatur. Fabularum auditione ducitur, capitur.

Cuento de maravedis. Decies centena teruntiorum millia. *Hacedlo, si os està à cuento.* Id velim facias, quod commodo tuo fiat, si erit cum commodo, & utilitate tua conjunctum. *No me està à cuento.* Non est è re mea. *Cada uno sabe bien su cuento.* Ad suum quisque quæstum callidus est.

Cuerda. Funis, funiculus, i. *De vihuela.* Chorda, nervus, fides, ium. *Para cerrar, y abrir velas, bolsas, velos.* Epidromides, um. Epidromi, orum. *Cuerdas del cuerpo.* Tendones, um. *Del navio.* Rudentes. *Trato de cuerda.* Tormenti genus, quo reus, rejectis in tergum manibus, fune suspensus præceps demittitur. *Dar cuerdo.* Remissius, aut lenius agere. Rem prorogare. *Por debaxo de cuerda.* Clam, clanculum, furtim. *Echò por debaxo de cuerda quien le acusasse.* Accusatores illi subornavit, submisit, qui illum accusarent.

Cuerdo. Prudens, tis. Cordatus vir. *A ley de cuerdo no harà el tal cosa.* Id quidem, si sanus est, nequaquam faciet.

Cuerdamente. Sapienter, prudenter.

Cordura. Prudentia, æ. Cor, dis. *Que quanto tienen mas cordura, hablan menos.* Quibus, quo plus est cordis, eò est & oris minus.

Cuerno. Cornu, u. *El que le toca.* Cornicen, inis. *Cosa de cuerno.* Corneus, a, um. *De dos cuernos.* Bicornis, e. *El que los tiene.* Corniger, cornutus, a, um. *El que hiere con ellos.* Cornupeta, æ.

Cuernecillo. Corniculum, i.

Cuero de la carne. Cutis, is. *De animal.* Curium, i, tergus, oris. *Cuero curtido.* Aluta, æ. *Para vino.* Uter, tris. Utriculus, i. *Del cuero salen las correas.* Ex ipso bove lora sumuntur. *Està hecho un*

cuero. Vino madet. Ebrius est. Bacchi mystes. *Estar en cueros.* Nudum omni veste esse. *Cosa de cuero.* Scorteus, coriaceus, a, um. *De entre cuero, y carne.* Intercus, tis.

Cuerpo. Corpus, oris. *Muerto.* Cadaver. *Sin cabeza.* Truncus. *Pequeño.* Corpusculum. *Gentil.* Elegans, venustum. *En cuerpo se quedó.* Abjecto pallio, expeditus stetit. *Tener cuerpo una cosa.* Rem densam, aut crassam esse. *Tiene poco cuerpo.* Tenuis, aut gracilis est. *El hombre tiene cuerpo, el Angel no.* Homo corporeus est, Angelus incorporeus.

Cuerpo de guarda. Statio militaris. *Hacer cuerpo de guarda.* Stationem agere. *Los que le hacen.* Stationarii. *Hurtar el cuerpo al golpe.* Ictum corpore effugere.

Cuerpo de libro. Tomus, i. Liber, bri.

Cuerpo de muger. Exomides, um. *Cosa de dos, ò tres cuerpos.* Bicorpor, aut tricorpor, oris.

Cuervo. Corvus, i. Corax, icis. *Cuervo marino.* Mergus, i. *Cuervos te saquen los ojos.* Corvi tibi effodiant oculos.

Cuesco de fruta. Osiculum, os, ossis.

Cuesta. Clivus, i. *Ir cuesta arriba.* Clivum ascendere, ardua subire, superare. *Muy cuesta arriba se me hace.* Arduum, ac difficile mihi videtur. *Cuesta abaxo.* Descensus, us. Declivitas. Locus declivis, vel declivus. *Tiene de su parte la cuesta, y las piedras.* Habet in causa superiora omnia.

Cuestas. Vide *Espaldas. Tomarle à cuestas.* Tergo illum excipere, sustinere. *Traer à cuestas.* Humeris tollere, portare. *He de traer à cuestas las desdichas de este hombre?* Ruinas fortunarum ejus mihi impendere sentiam?

Cueva. Specus, us, spelunca, antrum, spelæum. *De fieras.* Lustrum, latibulum. *Cueva de infierno.* Spiraculum graveolentis Averni.

Cuevano. Cophinus, i. Corbis, is.

Cuezo. Fabrorum feretrum, sandapila.

Cuguiada. Vide *Coguiada.*

Cuidado. Cura, solicitudo, diligentia.

Con cuidado. Accuratè, diligenter.

Cuidados me dan pena. Hærent animo meo curæ semper infixæ. Curis conficior. Discrucior animi solicitudine. Me curæ, & solicitudines vexant, lacerant, respirare non sinunt. Curæ molestissimæ me urgent, angunt, exagitant. Multis curis, ac maximis suspensus mihi est animus. Curarum stimuli hærent cordi sic infixi, ut somnum capere, aut quiescere non sinant.

Esto le dà cuidado. Hoc illum angit, pungit, mæstum, ac solicitum habet. Ex hoc solicitus est.

Quiero librarte de esse cuidado. Ea te cura liberatum volo. Hanc tibi solicitudinem eximam.

Echar de sì los cuidados demasiados. Animum à solicitudine abducere, avertere, avocare. Curarum molestiis se abstrahere, expedire. Curas abigere, abjicere.

Ya me veo libre de cuidados. Omni jam cura, & solicitudine vacuus sum. Ab omni cura solutus sum, ac liber. Omnibus me curis exsolvi, expedivi. Jam omnibus curis laxatus sum.

Todo cuidado pongo en vuestros negocios. Toto animo de te, rebusque tuis cogito. Nullum tempus prætermitto de tuis rebus cogitandi. Omni cura, & studio in res, & negotia tua incumbo. Omnes meas vigilias, & cogitationes ad res, & negotia tua refero. Omnem operam, industriam, diligentiam in rebus tuis agendis, procurandis insumo, impendo, adhibeo. Summo studio, & diligentia rebus tuis consulo. Omnes meæ vigiliæ, mihi crede, in tuarum rerum procuratione consumuntur.

Por el cuidado con que mirares por su salud, medirè lo que me estimas. Quantam diligentiam in valetudinem ejus contuleris, tanti me fieri à te judicabo.

Con cuidado estoy de esso. Id mihi curæ est, præ oculis habeo. Cave putes me ejus rei curam abjecisse.

Cuidadoso. Diligens, studiosus.

Cuidar. Curo, as. Curam alicui rei impendere, adhibere. *No cuido sino de salvarme.* Nihil laboro, nisi ut sim salvus. Omnes meas curas, & cogitationes in animæ salute procuranda locavi. In unam salutis curam incumbo. Id unum ago, id unum mente, & cogitatione verso, quemadmodum salutis meæ rationem expediam.

Cuita. Vide *Miseria, y congoja.*

Cuitado. Miser, miserius, infelix.

Culantro, ò cilantro. Coriandrum, i.

Culantrillo de pozo. Terræ supercilium. Capillus Veneris. Adiantum, i.

Culata de arcabuz. Sclopi pars posterior.

Culebra. Coluber, bri. Anguis, is. Serpens, tis. *De la agua.* Natrix, cis. *Cosa de culebra.* Colubrinus, serpentinus, a, um. *Culebrear.* Serpo, is.

Culebrino, tiro. Colubrina, æ.

Culpa. Culpa, æ. Noxa, æ. Erratum, i. *Yo tengo la culpa de mi daño.* Meo vitio pereo. Culpa in me est, in me residet, hæret in me noxa tantæ calamitatis. Mea culpa hæc mihi acciderunt, meo merito evenerunt. Ego mihi perniciem accersivi. In foveam incidi, quam extruxi. Meo laqueo captus sum. Mearum compedum faber fui. In mea viscera gladium converti.

Echar la culpa de uno à otro. Culpam unius in alium derivare.

No tengo la culpa de esto. In hac re omnis sum expers culpæ, nullius mihi culpæ conscius sum. Extra culpam sum. Nec culpa in me, nec ego in culpa sum. A culpa longè absum. Procul abest à me culpa. Culpa vaco, careo. Liber, & vacuus sum ab omni culpa.

Culpar à otro, echarle la culpa. Culpam in aliquem conferre. Culpam illi adscribere, assignare, imponere, impingere, attribuere. Culpæ aliquem arguere, illum in culpa ponere. Causari ejus perfidiam. In te residet facti suspicio. Bellum tibi acceptum feremus.

Culpado. Sons, tis. Nocens, tis. Reus, culpæ affinis, particeps sceleris. *No me culpeis en lo mismo, en que vos sois culpado.* Noli in eo me accusare, in quo & ipse reus es. Hoc à me non requiras, ne tibi ego idem reponam. *Estado de culpado.* Reatus, us.

Culpable. Criminosum, culpandum. *Esto en ti es culpable, en mi no.* Hoc tibi criminosum est, mihi non item.

Cultivar en campo. Agrum colere. *El ingenio.* Omni eruditione animum excolere, expolire. *Cultivado ingenio.* Non vulgari eruditione ingenium excultum, perpolitum.

Cultivo del campo. Agricultura, æ.

Culto divino. Veri Dei, rerumque sacrarum cultus, veneratio.

Culto hombre. Qui à communi loquendi usu abhorrens, quæsitissimis verbis stylum crispat, & infuscat, reconditorumque verborum usu à paucis intelligi amat, sermonisque insolentia docti, & ingeniosi nomen exambit. *Hablar culto.* Exquisitiùs sermocinari. Comptiùs, & splendidiùs eloqui. Quæsito orationis cultu plausum captare.

Cultura. Cultus, us. Ornatus, us. *En el hablar.* Verborum concinnitas, orationis cultus.

Cumbre. Culmen, inis. *De monte.* Jugum, i. Montis vertex, cacumen, supercilium.

Cumplir lo prometido. Promissis stare. Promissa servare, implere, exequi, exhibere, tueri, præstare. Fidem suam liberare. Votum reddere, persolvere. Promissis non deesse, satisfacere.

Cumplido hombre. Plenus officii, in

oficiis attentus, & diligens. *Cumplidamente.* Plenè, satis, abundè, cumulatè.

Cumplimiento de lo que falta. Supplementum, i. *De palabras.* Officiosa verba. *Hacer algo por cumplimiento.* Perfunctoriè aliquid exequi. Moris dicisque causa, non ex animo aliquid facere, præstare. *Quanto hago por vos, me pagais con cumplimientos.* Pro maximis in te mentis officiosa mihi verba reddis. *Todo es cumplimientos este hombre.* Omnibus se vendirat. Nihil aliud quàm officiosa verba reddit.

Cuna. Cunæ, arum. Cunabula, incunabula, orum.

Cuña para hender. Cuneus, ei. *Mete cuña.* Discordiarum sator. *Acuñar, ò aprestar con cuñas.* Cuneo, as. Cuneis adactis aliquid firmare.

Cuño. Signum, i. *Cuñar moneda.* Monetam cudere. Nummum signare.

Cuñado. Levir, i. Sororius, ii.

Cuñada. Fratris uxor. Glos, ris.

Cundir. Serpo, is. *Cunde el mal por muchas partes.* Serpit quotidiè malum, longè, latèque diffunditur. Latiùs opinione disseminatum crescit in dies, multasque Provincias occupavit.

Cupula de la boveda. Tholus, i.

Cura de Iglesia. Curio, nis. Parochus.

Cura de enfermedad. Curatio, medicina, medela. *Alargar la cura.* Curationem ducere, protrahere, producere. *Encarecer la cura.* Vim morbi, aut difficultatem verbis augere, amplificare ad medicinæ commendationem.

Curar. Curo, as. Medeor, medicor, aris. Medicinam facere, adhibere. Medicas admovere manus, ægrum sanare, morbos pellere. *El tiempo lo cura todo.* Mala omnia tempore decrescunt, desinunt, finiuntur.

Curarse con alguno. Medico uti. *Con achaque de curarse, fuè à los baños.* Per speciem curationis balnea petivit.

Curador de menores. Curator, oris. *Salir de curador.* Excedere è curatoris potestate, è tutelari patrocinio.

Curaduria. Tutela, æ.

Curandero de lienzos. Fullo, nis. *Donde los cura.* Area, æ.

Curia. Curia, æ. Sedes consilii publici. *Curia Ecclesiastica.* Fori Ecclesiastici sedes. *Curiales.* Qui forensia negotia curant, expediunt, remittunt.

Curioso. Curiosus, a, um. *No seas curioso en cosas de Fè.* Noli divina mysteria curiosius rimari, scrutari. Noli de fidei mysteriis, vel in fidei mysteria curiosius inquirere. Quæ captum tuum superant, noli exquirere. *Què cosa tan curiosa!* Quàm affabrè facta, & perpolita res!

Curiosidad Curiositas, tis. Insita mortalibus abdita rimandi libido. *Curiosidades.* Res affabrè facta. Arte facta, curiosè elaborata.

Curiosamente. Curiosè. *Curiosamente labrado.* Artificiosum opus.

Curso del tiempo. Decursus temporis. *Hace curso aqui el humor.* In hanc partem humor consluit.

Curso de Universidad. Semestre curriculum litterarium. Semestris frequentatio Academiæ in aliqua facultate. *El curso hace Maestro.* Exercitatio nihil non perficit. Usus, & studium mira operantur.

Cursar en escuelas. Frequentare Academiam. Scholas celebrare, frequenter adire. *Cursa en Leyes.* Assiduam Jurisprudentiæ dat operam. Jurisprudentiæ candidatus est.

Cursado. Expertus, exercitatus.

Curtir cueros. Coria macerare. *Curtome para Pastor.* Ad labores obduresco. *Curtido de trabajos.* In rebus difficillimis spectatus, rebus adversis exercitus, laboribus, & ærumnis assuefactus. Qui ad ærumnas animum, obduravit, ad labores obduruit, occalluit.

Curtidor. Coriarius, ii.

Custo-

Custodia del Santissimo Sacramento. Pyxis sacra, Hierotheca, æ.

Cuyo, cuya. Cujus, a, um.

çueco, çumbar, çurdo, çurrar, &c. Vide Z.

D ANTE A.

Daca. Cedo. *Daca una vara.* Cedo virgam. *Daca la otra.* Cedo alteram.

Dadivas. Munera, um. Munuscula, dona, orum. *Dadivas quebrantan peñas.* Muneribus vel dii capiuntur. *Ninguna dadiva se ha de desechar.* Donum quodcumque dat aliquis, proba.

Dadivoso. Liberalis, largus, munificus, beneficus, benignus, a, um.

Dado. Talus, taxillus, i. Tessera, æ. *El mejor punto en el dado.* Venus, eris. *El peor.* Canis. *No le echarán dado falso.* In occipitio quoque oculos habet. *Lo mejor de los dados, es no jugarlos.* Præstat cavere, quàm adire periculum.

Dado à una cosa. Multus in aliqua re, frequens, creber, assiduus. *Dado al juego, y à la caza.* Aleæ, & venationi deditus, addictus, devotus. *Dado à vicios.* Vitiosus. *A mugeres.* Mulierosus. *A vino.* Vinosus.

DADO que (concessiva) Ut. *Y dado que.* Quod si. Et si. *Dado que se oponga, no la llevará.* Ut petat, non tamen dignitatem obtinebit. *Pero dado que sea assi, acomodarèmos con el tiempo.* Verùm ut hoc ita sit, cedemus tempori. *Y dado que lo huviera hecho, se le avia de perdonar.* Et si feciſſet, vel quod si feciſſet, ignoscendum ei fuit.

Daga. Sica, æ. Pugio, nis.

Dalmatica. Dalmatica, æ.

Damas. Puellæ cultu, & specie non vulgari. Cultæ, comptæque fœminæ. *Dama de la Reyna.* Virgo nobilis. Reginæ comes, pedisequa. *Guardadamas.* Eunuchus, aut anus puellarum in aula custos. *Dama de alguno.* Amica, æ. *No andes como dama.* Ne gressibus incedas molliorib.

Dameria. Fastidium delicatulum.

Damasco. Damascenum sericum.

Danza. Saltatio, chorèa, tripudium.

Danza de espadas. Pyrrhica, æ. *De matachines.* Saltationes mimicæ. *Tambien entrais en la danza.* In eandem suspicionem vocaris. In eodem discrimine versaris. In eadem es damnatione.

Danzar. Saltare ad numerum. Tripudio, as. Choros exercere, agitare. *Danzar en corro.* Pueros, puellasque manu consertos restim circunducere. *Danzar sin son.* Saltare extra numerum.

Danzante. Saltator, oris. *Danzadora.* Saltatrix, cis. *El que guia la danza.* Chorăgus, i. *El que la tañe.* Choraules, is.

Dañar. Noceo, lædo, obsum, officio, is.

Daño. Damnum, jactura, incommodum, detrimentum, pernicies. ei.

Vos aveis causado este daño à la Republica. Hanc tu calamitatem Reip. attulisti, hanc pestem importasti, invexisti: hoc illi vulnus inflixisti, imposuisti: hanc illi perniciem comparasti. Hæc damna Reip. intulisti, hæc mala, detrimenta peperisti. Hanc à te plagam gravissimam accepit. His à te incommodis Resp. affecta est.

El mismo se hace daño. Ipse sibi obest, sibi obstat, sibi injurius est. Suam ipse causam prodit. Ipse suo capiti fraudem capitalem creat. In sua viscera convertit arma.

Ay otro daño, que &c. Illud quoque accedit incommodum, quod &c. *Cosa que no recibe daño.* Indemnis, e. Illæsus, a, um. *Que no le hace.* Innoxius, innocuus, a, um.

Dañosa cosa. Noxius, infestus, perniciosus, pestifer, damnosus, exitialis.

Muy dañoso es à los mozos el vicio desbonesto. Nulla nocentior pestis adolescenti-

oficiis attentus, & diligens. *Cumplidamente.* Plenè, satis, abundè, cumulatè.

Cumplimiento de lo que falta. Supplementum, i. *De palabras.* Officiosa verba. *Hacer algo por cumplimiento.* Perfunctoriè aliquid exequi. Moris dicisque causa, non ex animo aliquid facere, præstare. *Quanto hago por vos, me pagais con cumplimientos.* Pro maximis in te mentis officiosa mihi verba reddis. *Todo es cumplimientos este hombre.* Omnibus se vendirat. Nihil aliud quàm officiosa verba reddit.

Cuna. Cunæ, arum. Cunabula, incunabula, orum.

Cuña para hender. Cuneus, ei. *Mete cuña.* Discordiarum sator. *Acuñar, ò aprestar con cuñas.* Cuneo, as. Cuneis adactis aliquid firmare.

Cuño. Signum, i. *Cuñar moneda.* Monetam cudere. Nummum signare.

Cuñado. Levir, i. Sororius, ii.

Cuñada. Fratris uxor. Glos, ris.

Cundir. Serpo, is. *Cunde el mal por muchas partes.* Serpit quotidiè malum, longè, latèque diffunditur. Latiùs opinione disseminatum crescit in dies, multasque Provincias occupavit.

Cupula de la boveda. Tholus, i.

Cura de Iglesia. Curio, nis. Parochus.

Cura de enfermedad. Curatio, medicina, medela. *Alargar la cura.* Curationem ducere, protrahere, producere. *Encarecer la cura.* Vim morbi, aut difficultatem verbis augere, amplificare ad medicinæ commendationem.

Curar. Curo, as. Medeor, medicor, aris. Medicinam facere, adhibere. Medicas admovere manus, ægrum sanare, morbos pellere. *El tiempo lo cura todo.* Mala omnia tempore decrescunt, desinunt, finiuntur.

Curarse con alguno. Medico uti. *Con achaque de curarse, fuè à los baños.* Per speciem curationis balnea petivit.

Curador de menores. Curator, oris. *Salir de curador.* Excedere è curatoris potestate, è tutelari patrocinio.

Curaduria. Tutela, æ.

Curandero de lienzos. Fullo, nis. *Donde los cura.* Area, æ.

Curia. Curia, æ. Sedes consilii publici. *Curia Ecclesiastica.* Fori Ecclesiastici sedes. *Curiales.* Qui forensia negotia curant, expediunt, remittunt.

Curioso. Curiosus, a, um. *No seas curioso en cosas de Fè.* Noli divina mysteria curiosius rimari, scrutari. Noli de fidei mysteriis, vel in fidei mysteria curiosius inquirere. Quæ captum tuum superant, noli exquirere. *Què cosa tan curiosa!* Quàm affabrè facta, & perpolita res!

Curiosidad Curiositas, tis. Insita mortalibus abdita rimandi libido. *Curiosidades.* Res affabrè facta. Arte facta, curiosè elaborata.

Curiosamente. Curiosè. *Curiosamente labrado.* Artificiosum opus.

Curso del tiempo. Decursus temporis. *Hace curso aqui el humor.* In hanc partem humor consluit.

Curso de Universidad. Semestre curriculum litterarium. Semestris frequentatio Academiæ in aliqua facultate. *El curso hace Maestro.* Exercitatio nihil non perficit. Usus, & studium mira operantur.

Cursar en escuelas. Frequentare Academiam. Scholas celebrare, frequenter adire. *Cursa en Leyes.* Assiduam Jurisprudentiæ dat operam. Jurisprudentiæ candidatus est.

Cursado. Expertus, exercitatus.

Curtir cueros. Coria macerare. *Curtome para Pastor.* Ad labores obduresco. *Curtido de trabajos.* In rebus difficillimis spectatus, rebus adversis exercitus, laboribus, & ærumnis assuefactus. Qui ad ærumnas animum, obduravit, ad labores obduruit, occalluit.

Curtidor. Coriarius, ii.

Custo-

Custodia del Santissimo Sacramento. Pyxis sacra, Hierotheca, æ.

Cuyo, cuya. Cujus, a, um.

çueco, çumbar, çurdo, çurrar, &c. Vide Z.

D ANTE A.

Daca. Cedo. *Daca una vara.* Cedo virgam. *Daca la otra.* Cedo alteram.

Dadivas. Munera, um. Munuscula, dona, orum. *Dadivas quebrantan peñas.* Muneribus vel dii capiuntur. *Ninguna dadiva se ha de desechar.* Donum quodcumque dat aliquis, proba.

Dadivoso. Liberalis, largus, munificus, beneficus, benignus, a, um.

Dado. Talus, taxillus, i. Tessera, æ. *El mejor punto en el dado.* Venus, eris. *El peor.* Canis. *No le echarán dado falso.* In occipitio quoque oculos habet. *Lo mejor de los dados, es no jugarlos.* Præstat cavere, quàm adire periculum.

Dado à una cosa. Multus in aliqua re, frequens, creber, assiduus. *Dado al juego, y à la caza.* Aleæ, & venationi deditus, addictus, devotus. *Dado à vicios.* Vitiosus. *A mugeres.* Mulierosus. *A vino.* Vinosus.

DADO que (concessiva) Ut. *Y dado que.* Quod si. Et si. *Dado que se oponga, no la llevará.* Ut petat, non tamen dignitatem obtinebit. *Pero dado que sea assi, acomodarèmos con el tiempo.* Verùm ut hoc ita sit, cedemus tempori. *Y dado que lo huviera hecho, se le avia de perdonar.* Et si feciſſet, vel quod si feciſſet, ignoscendum ei fuit.

Daga. Sica, æ. Pugio, nis.

Dalmatica. Dalmatica, æ.

Damas. Puellæ cultu, & specie non vulgari. Cultæ, comptæque fœminæ. *Dama de la Reyna.* Virgo nobilis. Reginæ comes, pedisequa. *Guardadamas.* Eunuchus, aut anus puellarum in aula custos. *Dama de alguno.* Amica, æ. *No andes como dama.* Ne gressibus incedas molliorib.

Dameria. Fastidium delicatulum.

Damasco. Damascenum sericum.

Danza. Saltatio, chorèa, tripudium.

Danza de espadas. Pyrrhica, æ. *De matachines.* Saltationes mimicæ. *Tambien entrais en la danza.* In eandem suspicionem vocaris. In eodem discrimine versaris. In eadem es damnatione.

Danzar. Saltare ad numerum. Tripudio, as. Choros exercere, agitare. *Danzar en corro.* Pueros, puellasque manu consertos restim circunducere. *Danzar sin son.* Saltare extra numerum.

Danzante. Saltator, oris. *Danzadora.* Saltatrix, cis. *El que guia la danza.* Chorăgus, i. *El que la tañe.* Choraules, is.

Dañar. Noceo, lædo, obsum, officio, is.

Daño. Damnum, jactura, incommodum, detrimentum, pernicies. ei.

Vos aveis causado este daño à la Republica. Hanc tu calamitatem Reip. attulisti, hanc pestem importasti, invexisti: hoc illi vulnus inflixisti, imposuisti: hanc illi perniciem comparasti. Hæc damna Reip. intulisti, hæc mala, detrimenta peperisti. Hanc à te plagam gravissimam accepit. His à te incommodis Resp. affecta est.

El mismo se hace daño. Ipse sibi obest, sibi obstat, sibi injurius est. Suam ipse causam prodit. Ipse suo capiti fraudem capitalem creat. In sua viscera convertit arma.

Ay otro daño, que &c. Illud quoque accedit incommodum, quod &c. *Cosa que no recibe daño.* Indemnis, e. Illæsus, a, um. *Que no le hace.* Innoxius, innocuus, a, um.

Dañosa cosa. Noxius, infestus, perniciosus, pestifer, damnosus, exitialis.

Muy dañoso es à los mozos el vicio desbonesto. Nulla nocentior pestis adolescenti-

centibus, quàm veneris voluptas. Nullum venenum frequentiùs propinatur, suaviùs ebibitur, periculosiùsque in animum illabitur. Nulla pernicies major luxuria, ac libidine. Ab hac adolescentibus innumera mala, oriuntur, provenient, existunt. Ab ea juvenes in multa mala incidunt, multis afficiuntur incommodis.

Dañada intencion. Malus animus. *Dañada fruta.* Poma putrida, vermiculosa.

Dar. Do, as. Præbeo, es. *De gracia.* La giri, donare, liberaliter erogare.

Dar la mano al caido. Jacentem erigere. Dextram alicui porrigere afflicto, & jacenti. *Darle lo que ha menester.* Suggerere, suppeditare alicui, quibus est opus, ad victum necessaria subministrare. *Darle el dinero de ante mano.* Præ manu pecuniam illi dare. *Darlo por bien hecho, ò por nulo.* Ratum, vel irritum facere, habere.

Dar palabra de casamiento. Fidem in matrimonium dare, obstringere. *Avienddose dado palabra uno à otro.* Fide data, & accepta. *Donde las dan las toman.* Dedi malum, & accepi. *Dieronnos por bueno.* Pares in certamine habiti, judicati sumus.

Dar el parabien. Gratulor tibi tanti viri affinitatem, vel de adventu.

Dar à guardar el dinero. Pecuniam alicui credere, hujus fidei committere.

Dar fianzas. Satisdo, as. *Dar satisfaccion à alguno.* Satisfacere alicui.

Dar à estajo. Opus faciendum locare. *Dar à escoger.* Dare, vel facere alicui optionem. *Quien dà presto dà dos veces.* Cum fieri properat gratia, grata magis. *Dàle en rostro con su miseria.* Tenacitatem illi objecit, parsimoniam exprobravit. *Dame en rostro su poca limpieza.* Tædet sordes, & squalorem hominis aspicere. *Dàle en lo vivo.* Altè hominem pupugit.

Dar testimonio, dar fee. Testor, testificor, aris. Testimonium perhibeo.

Dar à entender. Significo, indico, as. *El nos dará en que entender.* Negotium nobis faceret, molestiam exhibebit. *Darle de codo por desprecio.* Cubito aliquem rejicere, aspernari. *Avisandole.* Cubito aliquem monere. *Dame lastima este mozo.* Hujus adolescentis me miseret. *Dòme parte de esto.* Me de hac re commonuit, certiorem fecit, reddidit. Vide *Comunicar.*

Dar cuenta al Corregidor. Rem ad Prætorem deferre, referre.

Dar su cargo. Dicere causam, crimen diluere. *Dar la razon.* Rationem subjicere. *Dòme de palos, de coces.* Fustibus me cæcidit, calcibus abegit. *Dòme una bofetada, un pescozon.* Alapam mihi impegit, colaphum mihi duxit, inflixit.

Darle por libre. Hominem absolvere, culpa liberare, solutum dimittere. *Darse priessa.* Festino, propero, accelero, as. Vide *Priessa.*

Dar de sì el paño, ò la piel. Pannum, aut pellem laxari, produci, laxiorem fieri. *No dà de sì.* Nihil remittit de jure suo. *Dise por agraviado.* Malè secum agi existimat. Injuriam sibi factam putat. *Dijste en ello.* Rem acu tetigisti. *Luego que le vì, me diò mala espina.* Ubi eum vidi, gravi suspicione sum perculsus.

Darse à buena vida. Indulgere genio, conferre se totum ad quietem. *Darse à la caza.* Venationi se dare, venatui plus justo indulgere. *Darse al estudio.* Se litteris, vel in litteras abdere. In studia litterarum incumbere. *Diòse tan buena maña, que.* Tantam adhibuit diligentiam, adeo strenuè se gessit, ut.

Darse los cercados. Dedere se, deditionem facere. *Darse por vencido.* Dare manus. Herbam porrigere. Victoriam adversario concedere. Victum se fateri. Pro victo se gerere. *Diòse por perdido.* Actum de se pronunciavit. *Diò con la carga en tierra.* Sub onere concidit. Onere oppressus est. Onere succubuit.

Dar tras uno. Hominem persequi, insectari. *No te dàn, y quexaste?* Ante tubam trepidas? *No des que reir.* Ne committas, ut risum aliis commoveas. Ne te sociis, aut civibus deridendum præbeas. *No se le dà nada de cosa de este mundo.* Omnia susque deque habet. Nulla re commovetur.

Dar de mano. Rejicere, aspernari. Vide *Menospreciar. Ha dado en no admitir visitas.* Salutantes excludere instituit. *En dando en una cosa, no ay sacarlo de ella.* Quod semel instituit, ab eo deduci non potest.

Dar muestras de sì. Specimen sui præbere. *Darlo por hecho.* Factum puta.

Dar gusto à uno. Gratum alicui facere, obsequium præstare. *Darle pesadumbre.* Hominem molestia afficere, molestiam illi exhibere. *No me dà pena esso.* Ea de re non laboro. Nihil ex eo fum solicitus. *Què se me dà à mi de esso?* Quid hoc ad me?

Dares, y tomares. Altercationes, contentiones. *Huvo sobre esso sus dares, y tomares.* Altercationibus acta res est. *Diòse, y tomòse sobre esto.* In utramque partem agitata res est. Utrinque acriter disceptatum est.

DEMOS que (*modo concessivo*) Finge. Fac. *Demos que no lo hicie sses à mal hacer.* Finge te non sponte nocuisse. *Demos que quiera, quien se lo ha de estorvar?* Fac velle, quis prohibebit? *Demos que se aya informado.* Quæsierit sane. Cic. *Demos que no sea, à lo menos puede parecerlo.* Ne sit sane, videri certè potest. Cic.

Data, ò fecha. Data. Datum. Datæ. *Dada en Roma.* Data, vel datum Romæ. *De una data son ambos.* Eodem in ludo docti, ejusdem farinæ. Ovo prognatus eodem. *El negocio està de mala data.* Inclinata res est. Pejore loco res esse non potest.

Datario. Libelliorum Pontificiorum magister.

Daragontèa, yerva. Draeunculus, i.

Dardo. Spiculum, pilum, telum, i.

Datil. Fructus palmæ. Dactylus, i. Cariota, vel caryotis, idis. Palmula, æ.

Dativo. Dandi casus, tertius casus.

D ANTE E.

DE (*preposicion*) A, vel ab, de, ex. *Estar, ò ser de parte de alguno.* Esse, stare, facere ab aliquo. *De derecho me toca.* Ex jure meum est. *De suyo gasta.* De suo vivit, aut sumptum facit.

DE (*al lugar*) *De donde, ò de que lugar?* Unde? *De alguna parte, ò lugar.* Alicunde. *De aqui.* Hinc. *De ahi.* Istinc. *De alli.* Illinc. *De otra parte, ò lugar.* Aliundè. *De arriba.* Supernè. *De abaxo.* Infernè. *De cerca.* Cominus, è proximo. *De lexos.* E longinquo, à longè. Eminus, peregrè.

DE (*al tiempo*) *De quando acà?* Ex quo tempore? *De ayer acà.* Ab hesterno die. *De ocho dias à esta parte.* Jam inde ab octavo die. *De aqui à quando?* Quousque? *De aqui à pocos dias.* Post dies non multos. *De aqui à tres dias.* Post triduum. Ad tertium, vel post tertium diem. *De oy à mañana.* Propediem. *De aqui adelante. De oy mas.* Dehinc, posthac. *A VECES denota causa, y en Latin se hace con* Præ. *No estoy en mi de enojo.* Mentis impos sum præ ira. *De gozo.* Præ gaudio. *De miedo.* Præ formidine. *De verguenza.* Præ pudore. *De puro cuidado no podia chancear.* Præ solicitudine jocari non poteram. *A VECES se hace sin* Præ: *Loco de amor, y de miedo.* Amore, metuque amens. *De zelos, y embidia.* Æmulatione, & invidia. *Precipitado de colera.* Ira & furore præceps. *Presumido de valiente.*

Confcia

Conscia virtute tumens. *Furioso de atrevido embistiò conmigo.* Audacia furens impetum in me fecit. *A VECES denota modo: De secreto assistieron.* Ex occulto interveneruntt. Clam interfuerunt. *De acuerde se juntaron.* Ex composito convenerunt. Consultò coivere. *De proposito me salieron al encuentro.* De industria mihi occurrerunt. *De sobresalto le cogieron.* Ex improviso exceptus est. *De priessa.* Properè. *De corrida.* Cursim. *De passo.* Obiter. *De espacio.* Lentè, sensim. *De buena gana.* Æquo animo, libenter.

Dean. Decanus, i.

Deanato. Decani dignitas.

Debalde. Gratis, gratuitò. *Cosa que se dà debalde.* Gratuitus, a, um. *Piensas que se dà debalde?* Putasne hoc constare gratis? *De balde me quieren mal.* Nullo meo merito me odio habent.

Debate. Contentio, altercatio. *Despues de muchos debates.* Post multas altercationes. *Debatir.* Certo, as. Decerto, contendo, is.

Debaxo. Sub, infra, subter. *Poner debaxo.* Suppono, subjicio, is. *Estar debaxo.* Subsum, es. *Debaxo de su dominio.* Sub ejus potestate, aut dominio. *Está debaxo de su proteccion.* Est in ejus fide, & clientela. *Tienenos debaxo.* Nos infra se habet, subditi illi sumus. In ejus, aut sub ejus potestate sumus. *El que está debaxo, ò vive debaxo.* Infernas, tis. Inferus, a, um.

Debilidad. Debilitas, tis.

Debil. Debilis, infirmus, imbecillus.

Debilitar. Vide *Enflaquecer.*

De bruzes está echado. Pronus jacet. *De bruzes bebe.* Pronus bibit.

De camino. Obiter. *Para que hagamos esto de camino.* Ut hoc obiter exequamur. Ut hoc interim explicemus. *Harto tiempo avia para ir de camino à la granja, y boiver.* Satis erat diei, ut in villam excurreret, & rediret. Cic.

Decender. Descendo, is. Vide *Descender. Descendientes.* Posteri, orum.

Descentar el pan. Panem integrum delibare, carpere, vellicare.

Decente. Decorus, conveniens, decens.

Decentemente. Decorè, decenter.

Decencia. Decorum, i. Honestas, tis.

De cerca. Cominus, è proximo.

Dechado. Exemplar, is. Exemplum, specimen, prototipus, archetypus, i.

Decidir. Decido, is. Controversiam finire, litem dirimere, distrahere.

Decision. Decisio, diremptio litis.

De cierto. Certè, certò.

Declamar. Declamo, as. In umbra dicendi artem exercere. *Declamar muchas veces.* Declamatio, as.

Declamacion. Declamito, nis. Umbratilis dicendi exercitatio.

Declarar. Declaro, as. Explico, expono, explano, aperio, exprimo, edisero, is. Interpretor, aris. Loco obscuro, ac difficili lucem attulit, adibuit.

Declarar sus deudas. Profiteri æs alienum. *Declararse por protector de algunos.* Patrocinium aliquorum profiteri. *Declaróse por el Rey la vitoria.* Inclinavit ad Regem victoria. *Declararle por Rector.* Rectorem aliquem denuntiare, publicare.

Declarar como testigo. Testor, testificor, aris. Testimonium dicere. Dicere pro testimonio.

Declarar el delito, y los complices. Profiteri indicium.

Declaracion. Declaratio, expositio, explanatio, enodatio, explicatio. *Declaracion ante el Juez.* Denuntiatio, nis. *De algun testigo.* Testimonium, ii.

Declinar. Declino, as. Inflecto, is.

Declinar jurisdiccion. Forum ejurare.

Declinacion. Declinatio, inflexo nomini. *De enfermedad.* Morbi decessio.

De

De contado. Vide *Dinero. Pagòle de contado.* Continuò pœnas dedit.

Decorar. Memoriæ mandare. Vide *Memoria. Decirlo de coro.* Memoriter recitare. Ex memoria exponere. Sine scripto dicere.

Decoro. Decorum, i. *Guardar su decoro.* Decorum servare. Rationem habere dignitatis suæ. Vide *Punto.*

Decrepito. Decrepitus, senio confectus, qui ad summam senectutem pervenit.

Decretar. Decerno, statuo, constituo, is.

Decreto. Decretum, statutum, i. *Del Senado.* Senatusconsultum, i. *Del pueblo.* Plebiscitum, i.

Decuriòn. Decurio, nis. Exactor, is.

Decuria de Estudiante. Thema in Latinum versum.

Dedicar. Dico, as. Dedico, sacro, consecro, as. *Dedicacion.* Dedicatio, nis.

Dedicarse à un ministerio. Alicui muneri se addicere, devovere.

Dedicatoria de libro. Epistola, vel Oratio dedicatoria.

Dedico à V. S. este libro. Multis de causis hunc tibi librum nuncupare debeo, multis tibi nominibus dicatum volui. Multa sunt, quæ me movent, ut has lucubrationes tuis auspiciis in lucem edam. Tui me nominis splendor allicit, ut te huic operi patronum ambiam. Tua in me beneficia exigunt, ut laborum meorum fructus tibi potissimum deberi existimem.

Dedo. Digitus, i. *Pulgar.* Pollex, icis. *El que está junto à él.* Index, icis. *El de medio.* Digitus medius. *El que está despues de él.* Annularis, medicus. *El meñique.* Digitus minimus, auricularis. *Contose los dedos por ello.* Cibum avidius vorabat, nec gustare modo, sed regustare videbatur. *Señalar à uno con el dedo.* Digitum in aliquem intendere. Digito, aliquem signare, prodere, indicare. *No son los dedos de la mano iguales.* Nec pares digiti, nec pares ingenio, aut virtute fratres. *Alza el dedo.* Sublato in altum indice, rem confirma. *No le lleva un dedo.* Ne transversum quidem digitum, aut lutum unguem excedit.

Dedal. Digitale, is. Digitabulum.

De donde? Undè? De doquiera. Undelibet. *De doquiera que.* Undecunque.

De dos en dos. Bini, æ, a. *De tres en tres.* Terni. *De quatro en quatro.* Quaterni.

Deducir. Colligo. Vide *Inferir.*

Defaltar. Abscindo, is. Resecо, as. Amputo, imminuo, decido, is.

Defecto. Defectus, us. Mendum, i.

Defectuoso. Imperfectus, mendosus.

Defender. Defendo, tueor, tutor, aris. Patrocinor, aris. Vide *Sustentar.*

Defenderos he, aunque sea con peligro de mi vida. Vel cum vitæ meæ periculo tibi adero, & ad te semper stabo. Quamvis pro te contentionem, certamenque suscipiam. Vitam tuam vel in meæ salutis discrimine defendam, tuebor, propugnabo. Acerrimè pro te pugnabo, contendam, certabo, dimicabo. Saluti, ac præsidio tibi esse conabor. Salutem, fortunasque tuas ab injuriis quibuscumque vindicabo, prohibebo. Magna mihi erit pro tua dignitate contentio. Me tibi acerrimum, constantissimum salutis tuæ defensorem præstabo, præbebo.

Defender la entrada à los enemigos. Pro aditus defensione hostium impetum excipere, sustinere. Illis aditum præcludere. Ab ingressu, & accessu hostes arcere, prohibere.

Defender el alcazar. Stare pro arce. Arcem propugnare, tueri. *Por este camino procuran defenderle.* Hæc defensionis ratio, viaque tentatur.

Defensa. Defensio, nis. Patrocinium, propugnatio. *Salir à la defensa.* Causam suscipere, defensionem re-

cipere, patrocinium tueri.

Defensor. Patronus, i. Defensor, propugnator, tutor. *De la libertad.* Libertatis vindex, assertor.

Defensora. Patrona, propugnatrix.

Definir. Definio, is. Rei naturam describere, explanare.

Definicion. Definitio, nis.

Definidor. Religiosus judex.

Deformidad. Fœditas, turpido.

Defraudar. Defraudo, as. Decipio, is.

Defuera. Foris. *Por defuera.* Extrinsecus. *De fuera vendrá quien de casa nos echará.* Hospes domesticos exturbat.

Degenerar. A præclara parentum stirpe degenerare. A pietate, & virtute majorum deficere, desciscere. A patriis institutis cives deflectere, abhorrere.

Como has degenerado de tus antepassados? Ita ne verò ex tam clara familia tam illiberale facinus est ortum? Quid ita ingenium, genusque tuum pravis immutas moribus? Ideo ne majores tibi nomen, & opes tradiderunt, ut eorum virtute parta per flagitia perderes?

Degollar. Hominem jugulare, securi percutere, ferire. Cervices frangere. *Dexarse degollar.* Jugulum, aut cervices dare, præbere. Pecorum more jugulari. *Degollaronnos mucha gente.* Permulti ex nostris cæsi sunt. Magnam cladem accepimus. *Hame degollado.* Omnem mihi spem præcidit. Consilia mea prævenit, antevertit, prævertit. Consiliis meis obstitit. Conatus meos elusit.

Degolladero. Locus cædi destinatus. *Por donde deguellan.* Jugulum, vel jugulus, i.

Deguello. Jugulatio, nis.

Degradar. Sacerdotali dignitate presbyterum ritè exuere, abdicare, privare. Sacerdotem indignum, & sceleratum deponere, exaugurare, puniendumque sæculari potestati tradere, addicere, adjudicare. *Degradacion.* Degradatio, exauguratio, nis.

Debesa. Pascua, orum.

Deidad. Divinitas. Deitas, tis.

Dejarretar. Vide *Desjarretar.*

Delante. Ante, coram. *Hablar delante del Pueblo.* Ad populum, vel apud populum verba facere. *Delante de todo el mundo.* In omnium ore, atque oculis. *Delante de los ojos lo traygo.* Ob oculos mihi versatur. *Ir delante.* Vide *Ir. Ve delante, que ya voy.* I præ, sequar.

Delantàl. Supparus, vel supparum, i.

Delantero. Prævius, qui præcedit.

Delantera. Prægressio, primus locus. *Delantera de cosa.* Æ lium facies. *De exercito.* Prima acies. *Llevar la delantera.* Præcedere, præcurrere, præire.

Delatarle á la Inquisicion. Ad sacrum fidei tribunal nomen ejus deferre.

Delatòr. Delator, is. Vide *Malsin.*

Delegar. Delego, as. Vices suas alicui demandare, facultatem delegare, vicariam potestatem dare. *Delegado.* Delegatus. *Delegacion.* Delegatio, nis.

Deleytar. Delecto, oblecto, as. Voluptatem parit, affert, voluptate afficit, voluptati mihi est. Delector, oblector, aris. Voluptate afficior. Vide *Gustar, y recrear.*

Deleyte. Voluptas, delectamentum, oblectatio, delectatio, deliciæ, arum.

Es hombre dado á deleytes. Voluptati, ac libidini addictus, mancipatus est. Omnia ad corporis voluptatem refert. Omnes suas cogitationes in unam corporis voluptatem abjecit. Quavis voluptate trahitur, ducitur, allicitur. Voluptatis illecebris captus, & corruptus est. Homo voluptarius. Epicureus.

Què malos dexos tiene el deleyte! Voluptatem plerumque dolor excipit. Voluptatis aviditas in fastidium desinit. Voluptatis exitus doloris initium est.

Deleytoso lugar. Locus amœnus, voluptarius, plenus voluptatis, jucundus.

Deletrear el niño. Litteras appellare, enumerare, syllabatim legere.

De lexos. Eminus, peregrè. Peregrè venire. Eminus pugnare. *Vióle venir de lexos.* Procul venientem vidit.

Deleznable. Lubricus, a, um.

Delfin. Delphin, inis. Delphinus, i.

Delgado. Tenuis, exilis, gracilis, subtilis, e. *Hila delgado.* Singula, vel minima ad calculos vocat. Vel tenuissimos apices expendit, explorat.

Delgadeza de cuerpo. Tenuitas, exilitas, gracilitas, tis. *De concepto.* Subtilitas, acumen, inis. *Delgadamente.* Subtiliter, acutè.

Deliberar, mirarlo bien. Delibero, as. Se ipsum in consilium adhibere. *Es menester mirarlo de espacio.* Matura deliberatione opus est. *Deliberadamente.* Consultò, de industria.

Delicado. Delicatus, mollis, tener.

Delicadeza. Mollities, teneritas.

Delicadamente. Delicatè, molliter.

Delicias. Deliciæ, arum.

Delicioso. Amœnus, jucundus.

Delinquir. Vide *Pecar.*

Delinquente. Sons, tis. Reus, noxius.

Delirar. Deliro, as. Desipio, is.

Delirio. Delirium, dementia, deliramentum, delirantium somnia.

Delito. Crimen, inis. Delictum, i. *Digno de muerte.* Capitale crimen. Capitalis res, aut noxa. *Cogieronle en fragante delito.* In scelere, aut furto deprehensus fuit.

Del todo. Prorsus, penitus, omnino, funditus.

Demandar. Flagito, postulo, peto.

Demanda. Postulatio, postulatum, i. *Demanda en juicio.* Actio, dicæ, æ. *Ponerla.* Dicam alicui scribere, actionem, aut litem intendere.

La demanda que te ponen ha lugar en derecho. Actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est.

De manera, de modo que. Adeo, ut. Ita, ut. *De manera que, assi que.* Itaque, quare.

Demarcacion. Divisio provinciarum.

Demàs. Præter, super. *Demàs de esso.* Præterea, insuper. Præter hæc, adhæc. *Echar demàs.* Superfundere, superaddere. *Esto ay demàs.* Hoc supersluit. *Es por demàs.* Supervacaneum est. Actum agis.

Demasia. Redundantia, æ. *En materia de costumbres.* Intemperantia, æ. Immoderatio. *Con demasia.* Intemperantius, immoderatius.

Demasiado. Nimius, supervacaneus, supervacuus, superfluus. *Demasiado os estimais.* Immodicus tui æstimator es. Nimium te suscipis, tibi arrogas. *Demasiado aveis andado en esto.* Modum in eo non servasti, non tenuisti. Urbanitatis, & pudoris fines transiliisti. Immoderatius egisti. Superbius tè gessisti. Nimius, & intemperans in eo visus es.

Demasiadamente, demasiado. Nimis, nimium, supra modum. Immodicè, immoderatè, extra modum. Plus æquo, plus satis. *Demasiado de bien.* Extra modum bene.

Demediado. Dimidiatus, semiplenus.

Dementado. Emotæ mentis homo.

Demeritos. Mala merita.

Demoler un edificio. Ædes, aut arcem demoliri, diruere, delere.

Demonio. Dæmon, is. Dæmonium, cacodæmon. Generis humani hostis.

Demostrar. Demonstro, ostendo, indico, as. *Demostracion.* Demonstratio, nis. *El caso pide que se haga una demostracion.* Severitatem res ipsa flagitat. Cic. in Catil.

Demudar el color. Vultum immutare.

Demudado el semblante. Commotus, turbatus.

Denantes. Dudum. *Grande necedad hice denantes.* Nimis stulte dudum feci.

Dende aqui. Hinc, dehinc. *Dende ahi.* Istinc, ab illo loco. *Dende alli.* Inde, ex eo loco, aut tempore. *Dende ayer, de ayer acá.* Ab hesterno die. Vide *Desde.*

Denegrido. Lividus, a, um.

Denodado. Expeditus, alacer, animosus, intrepidus.

Deneſtar. Vide *Afrentar.*

Denotar. Significo, as. Portendo, is.

Dental de arado. Dentale, is.

Dentadura. Dentium ſeries. *Mala dentadura.* Dentium infirmitas, aut ſcabrities. Dentes buxei, ſcabri, rubiginoſi.

Dentellada. Dentium impreſsio.

Dentellones. Saxa in pariete exerta.

Dentera. Dentium ſtupor. *Dar dentera.* Stuporem dentium facere.

Dentro eſtà. Intus eſt. *Metiòſe dentro.* Intrò ſe adduxit, ſe conjecit. *Dentro de pocos dias.* Paucis diebus. Intra paucos dias. *Dentro de poco.* Non longo intervallo. Paulò poſt, brevi.

Denuedo. Audacia, alacritas, tis. *Con gentil denuedo.* Strenuè, intrepidè.

Denueſto. Vide *Afrenta.*

Denuevo. Denuò, rurſus. *Empadronòſe de nuevo.* Denuò cenſus eſt. *Hacer algo de nuevo.* Ex integro, vel de integro aliquid facere. *Bolver de nuevo à la guerra.* Bellum inſtaurare, redintegrare, repetere. Vide *Nuevo.*

Denunciar de alguno. Nomen alicujus ad judicem deferre. *Denunciacion.* Indicium, delatio. *Denunciador.* Index, icis. Delator.

De otra manera. Aliter, alio modo.

De oy à mañana. Propediem, brevi.

De oy mas. Dehinc, poſthac.

Deparar. Deparòme Dios eſte hombre, que nos guiaſſe. Deus nobis hunc hominem obtulit, qui præiret. Fortè in hunc hominem incidimus, qui viam oſtenderet. *Dios te la depàre buena.* Deus tibi dexter adſit, votaque tua ſecundet. Felix tibi jactus contingat. Fortunam tibi propitiam precor.

Departir razonando con otro. Altercor, aris. Verbis cum alio contendere.

De paſſo le vi. Præteriens illum vidi, in tranſitu aſpexi, obiter inſpexi.

Depender. Pendeo, dependeo, es.

Dependencia. Dependentia, æ. Connexio, nis. *Què dependencia tienes tu de èl?* Quid ab illo ſperas, aut metuis? Quid cum illo rationis habes? Quid eſt quod illum reſpicias?

De penſado. Cogitatè, cogitatò.

De plano. Planè, apertè. *Confeſsò de plano.* Rem planè confeſsus eſt.

Deponer como teſtigo. Dicere pro teſtimonio. *Depoſicion de teſtigo.* Teſtimonium, ii.

Deponerle, quitarle el pueſto. Hominem poteſtate privare. *Al Sacerdote.* Sacerdotem impium & indignum deponere.

Depueſto. Poteſtate privatus. Sacerdotali dignitate exutus, abdicatus.

Deporte. Luxus, us.

Depoſitar. Deponere argentum, veſtem, aut aliam rem apud aliquem.

Depoſito. Depoſitum, i. *Eſtà obligado à pagar el depoſito.* Tenetur depoſito.

Depoſitario. Depoſiti cuſtos. Depoſitarius. *De apueſtas.* Sequeſter, tri.

Deprender. Vide *Aprender.*

Depravar. Depravo, as. Corrumpo, is. *De punta. De puntillas.* Vide *Punta.*

De quando acà? Ex quo tempore? *De quando acà eſte preſume tanto?* Ex quo, aut unde iſte tantum ſibi arrogat?

De quando en quando me doy un verde de letras humanas. Ex intervallo Latini ſermonis puritatem reguſtò, meque ad amæniores muſas refero.

De què? (*con verbos de afecto*) Quid? Quid eſt quod? *De què te turbas?* Quid turbaris? Quid eſt quod commoveris? *No sè de què eſtà triſte, por algo es.* Neſcio quid triſtis eſt, non temerè eſt. *De què preſumes?* Quid eſt quod tibi facit animos? *De què te alteras? A eſto te obligaſte.* Quid eſt quod excandeſcis? In hæc verba juraſti. *De què ha de tenerte embidia?* Quid eſt quod tibi inviideat?

Derecho. Jus, ris. *Civil.* Civile. Cæſarenum. *Canonico.* Canonicum, Pontificium. *Derecho à lo que no tengo.* Actio, nis. Jus ad rem. *Derecho à lo que tengo.* Jus in re. *Mio es de derecho.* Ex jure meum eſt. *No ceder de ſu derecho.* Jus ſuum retinere. *Yo cedo mi derecho.* De meo jure libenter decedo. Jus meum cedo, remitto. Jus meum perſequi nolo. *No hagas cohecho, ni pierdas derecho.* Nec jus emere, nec cedere oportet.

Derechos de Oficiales, y Miniſtros de Juſticia. Stipendium, ii. *Del Rey, y Señores.* Vectigal, tributum.

Derecha coſa. Rectus, directus, a, um.

Derecha mano. Dextera, dextra, æ. *Derecho và à la plaza.* Rectè ad forum tendit. *El que và à mano derecha.* Dexter. *Andar à derechas.* Rectè facere, procedere. Probè vivere, à virtute non deficere. *No ay hacerle andar à derechas.* Numquam efficies, ut rectè ingrediantur cancri.

Derechamente. Directè, directò, rectè.

De repente. Vide *Repente.*

Derivar. Derivo, as. Deduco, is. *Derivarſe.* Deduci, derivari, naſci, oriri, manare. Originem ducere, trahere. *Derivado, ò derivativo.* Derivatus, ortus, deductus.

Derogar. Derogare aliquid de lege. *No deroga eſto à mi credito.* Non hoc mihi fidem derogat, nec exiſtimationem imminuit.

Derramar coſa liquida. Fundo, is, effundo, diffundo. *La hacienda.* Patrimonium profundere, bona diſsipare. *Coſas menudas.* Spargo, is. Diſsipo, as. Diſpergo, diſsicio.

Derramaſe el eſpiritu en cuidados ſuperfluos. Curis ſupervacuis animus diſtrahitur, mens vaga diſtenditur.

Derramador de ſu hacienda, y codicioſo de la agena. Alieni appetens, profuſus ſui. *Derramador de la harina, y atropador de la ceniza.* In minimis diligens, in magnis negligens.

Derrama, ò repartimiento. Pecuniarum exactio. Collecta, æ. *Echar una derrama.* Pecuniam populo imperare.

Derrengar. Delumbo, as. Lumbos frangere, debilitare. *Derrengado.* Delumbatus, elumbis, delumbis, e.

Derretir. Liquefacio, liquo, as. *Derretirſe.* Liqueſco, is. Liquelio, liquor, eris. *Derretir vaciando.* Vide *Vaciar.*

Derribar un edificio. Ædes, aut muros demoliri, evertere, diſturbare, diruere. *Derribar à uno en tierra.* Hominem dejicere, deturbare, proſternere, præcipitem in terram dare.

Derrocar. Vide *Derribar.*

Derrota. Curſus maritimus. *Aqui enderezò ſu derrota.* Huc curſum direxit. Hunc ſibi portum præſtituit, deſtinavit.

Derrotar el exercito. Hoſtes fundere, hoſtium copias profligare. *Aqui aportaron derrotados.* Huc ventorum vi delati, appulſi ſunt.

Derrotado. Perditus, profligatus.

Derrumbaderos. Prærupta montium.

Deſabahar. Evaporo, as. Vaporem diſjicere, exſufflare, diſsipare.

Deſabotonar. Vide *Deſabrochar.*

Deſabrido manjar. Inſulſus, inſipidus, inconditus. *Deſabrido hombre.* Morоſus, faſtidioſus. *Deſabrido me hallo.* Vapidè me habeo.

Deſabrirſe. Exacerbari, ſubirаſci. *Deſabrimiento.* Acerbitas, moroſitas. *Deſabridamente.* Acerbè, inſulsè.

Deſabrigar à otro. Veſtem, aut ſyntheſim alicui detrahere, fomenta amovere. *Deſabrigado hombre.* Malè tectus, malè focillatus. *Deſabrigado lugar.* Locus ventis pervius.

Deſabrochar. Nudare, aperire pectus, uncinis, aut globulis ſolutis. Diloricare veſtem.

Desabrochado. Diloricata veste, expapillatus.

Desacato. Licentia, immodica libertas, imprudentia, irreverentia. *Hacer un desacato.* Licentiùs, aut imprudentiùs agere, se gerere.

Desacierto. Imprudentia, æ. Erratum, i.

Desacomodar à otro. Alteri incommodare, ejus commodis officere, obstare. Loco movere hominem, diversorio expellere, depellere. *Desacomodarle de amo.* Ex domini familia aliquem exigere, evertere, exturbare.

Desacordadas voces. Voces dissonæ.

Desacostumbrarse. Desuefio. Se à consuetudine abducere, abstrahere. *Desacostumbrada cosa.* Res insolita, insueta, inusitata.

Desacompañado. Incomitatus, solus.

Desacreditar à uno. Alicui detrahere. Fidem illi derogare, famam ejus imminuere, labefactare. Vide *Infamar. Desacreditarse.* Fidem, aut existimationem amittere.

Desafiar. Provoco, lacesso, posco, is.

Desafio. Provocatio. *Entre dos.* Duellum, singulare certamen. *Miren quien me desafia.* Dares Entellum provocat. *Matòle en un desafio.* Ex provocatione hostem occidit, singulari certamine confodit.

Desafiador. Provocator. *Desafiado.* Lacessitus, provocatus.

Desafuero. Injuria, scelus, iniquitas. *Desaforado.* Iniquus, sceleratus, ferox, violentus. *Desaforadamente.* Ferociter, impotenter.

Desagradar. Displiceo, non placeo.

Desagrado. Displicentia, æ.

Desagradable. Ingratus, inamænus, injucundus, displicens.

Desagradecido. Ingratus homo. Immemor beneficii. *Desagradecimiento.* Ingratus animus, beneficii oblivio.

Desagraviar al ofendido. Hominem ab injuria afferere, vindicare. Injurias ejus ulciscì.

Desagraviar aplacando. Querulo homini satisfacere. Injurias beneficiis compensare, delere.

Desagravio. Injuriæ compensatio.

Desagua el rio en el mar. Fluvius mari illabitur, in mare influit, exoneratur.

Desaguadero. Colluviarium, ii.

Desaguisado. Vide *Agravio.*

Desahogar à los afligidos. Afflictos recreare, consolari. *Desahogarse.* Animum remittere, curis, & molestiis se laxare. A negotiis se expedire, respirare, recreari.

Desahogado hombre. Liberius dicax, in jocos effusus. *Verso desahogado.* Carmen facetum, festivum, falsum, urbanum.

Desahogo. Laxamentum, i. Animi remissio, relaxatio, recreatio. *Desahogo demasiado.* Immodicatio, libertas. Licentia, æ. Procacitas. *Desahogo de casa.* Laxitas, amplitudo.

Desahuciar à alguno. Salutem, vel de salute alicujus desperare. *Desahuciado.* Cujus desperata salus est, & vita deplorata.

Desfainarse. In actu venereo extingui, deficere, exanimari. *Desfainado.* Nimia venere exhaustus, extinctus.

Desfayre en el talle, y acciones. Inelegantia, invenustas. Languor in agendo. Inconditi corporis motus, gestus inepti, inurbani. *Hacer un desfayre à otro.* Frustra aliquem habere, expectationem ejus decipere, frustrare, ludificare.

Desfayrado. Invenustus, ineleganş, languidus, frigidus, motu corporis vastus, & agrestis. *Quedò desfayrado.* Infacetissimè illi res cessit. Frigidissimus discessit.

Desfayradamente. Frigidè, inconcinnè, languidè, ineptè.

Desfayudar. Dejuvo, as. Obsto, as.

Desfayuno. Jentaculum, i.

Desfayunarse. Jentaculum sumere. Cibum ante prandium capere. *Aun no me he desfayunado.* Nihildum cibi gustavi.

Desfalado, sin alas. Alis imminutus. *Desfalados acudieron.* Præproperè accurrerunt. Effusè eò contenderunt.

Desfalar el pescado. Salsamenta macerare. Salsedinem aqua abstergere.

Desfalentarse. Animo frangi. Vide *Desanimar, y desmayar. Desfalentado.* Languidus, æger animo. Languenti animo.

Desfaliento. Animi languor, remissio.

Desfaliñar. Compositа turbare.

Desfaliñado. Inconcinnus, incomptus, incultus, inconditus, horridus, squalidus.

Desfaliño. Inconcinnitas, squalor.

Desfalmado. Impius, nefarius, facinorosus, immanis, inhumanus.

Desfalojar. Hospitio aliquem pellere. Hostem loco depellere. Cogere ut castra mutet, deserat, relinquat.

Desfalumbrado. Obcæcatus, imprudens.

Desfalumbramiento. Imprudentia, æ. Insciti, æ. Mentis cæcitas.

Desfamor. Aversatio, aversus animus.

Desfamparar. Desero, derelinquo, destituo, is. In periculo, aut calamitate amicis, aut patriæ deesse. *El que desfampara.* Desertor, oris.

Desfamparado. Desertus, destitutus, nudus amicorum præsidio.

Desfamparo. Destitutio, derelictio. Solitudo ab amicis, ab omni ope.

Desfandar lo andado. Per eandem redire viam. Eandem viam repetere, redire, eundem tractum fugiendo remetiri.

Desfangrarse. Corpus sanguine exhaurire. Sanguinem mitti ad animi deliquium. *Desfangrado.* Exanguis, exhaustus sanguine.

Desfanimar à uno. Exanimare aliquem, animum ejus frangere, debilitare. *Desanimado.* Exanimatus, fractus animo, perculsus, debilitatus, abjectus.

Desfanimarse. Vide *Desfmayar.*

Desfañudar. Enodo, as. Nodum solvo.

Desfapacible. Displicens, ingratus, asper, implacidus, inamænus.

Desfaparecer. Evanesco, is. *Desfapareció luego.* Illicò evanuit, è conspectu se propripuit, ex oculis evolavit.

Desfaparroquiar à uno. Clientibus hominem exuere, privare. Clientes illi adimere, ab illo abalienare. *Desfaparroquiado.* A clientibus inops, destitutus.

Desfapassionarse. Iram, aut studium exuere, vel odium, & amorem.

Desfapassionado. Ab ira, & studio liber. Utrique parti æquus, & medius. Nulli infensus, aut obnoxius. Partium studio intactus.

Desfapassionadamente. Sine ira, & studio.

Desfapercebido. Imparatus, incautus, improvidus. *Cogiles desfapercebidos.* Incautos excepi, improvidos occupavi. Nihil tale suspicantes, nec opinantes oppressi.

Desfapiadado. Vide *Impio, y Cruel.*

Desfapoderado. Impotens, tis. Animi, aut iræ impotens. *Desfapoderadamente.* Impotenter, ferociter.

Desfaprender. Vide *Olvidar.*

Desfapropiarse de su hacienda. Propriis se bonis abdicare. Possessiones suas abalienare. Cedere bonis.

Desfaprovechado. Inutilis. *En los estudios.* Qui in litteris parum progressus est, parum, aut nihil promovit.

Desfarmar. Armis hominem exuere, spoliare. *Desfarmado.* Inermis, armis exutus.

Desfarrapado. Pannosus. Centonibus malè tectus. Vide *Andrajoso.*

Desfarraygar. Extirpo, as. Evello, is. Eradico, as. Radicitus eruere.

Desfarrugar. Erugo, as. Cutem, aut plicas extendere, distendere.

Desatinarse. Erudiri. Stulta, & inepta dedisce, & dedoceri.

Desatcado. Vide *Desaliñado.*

Desatirse. Solvi, disjungi connexa. *De las cosas del mundo.* Rerum humanarum curam abjicere. Pompis hujus sæculi renuntiare, vale dicere, nuntium remittere.

Desatido. Solutus, ae liber.

Desatosegarse. Inquietari, in solicitudinem adduci, solicitudine affici. *Desatosegado.* Inquietus, inquies, tis.

Desatosiego. Inquies, tis. Solicitudo, inquietudo, inquietatio.

Desastre. Infortunium, infelicitas. Infelix casus, fatale malum.

Desastrado. Infelix, fatalis, e.

Desastradamente. Infeliciter.

Desatacar. Astrigmenta solvere.

Desatar. Solvo, dissolvo, is. *Cosa que se puede desatar.* Dissolubilis, e. *Que no se puede.* Indissolubilis.

Desatento à sus obligaciones. Immemor officii, aut beneficii. Qui officio suo deest.

Desatencion. Inofficiosum factum.

Desatinar. Vide *Delirar, y Errar.*

Desatinarse. Furere. *Hacer desatinar à uno.* Furorem alicui suscitare. Adigere illum ad insaniam.

Desatinado. Vecors, dis. Insanus.

Desatino. Error, dementia, insania, æ.

Desavenirse. Dissentire, discordare. In sua quemque studia discedere. *Desavenirse las dos cabezas de la Republica.* Commissa sunt inter se duo Reipublicæ capita. Orta est inter eos simultas.

Desazonar à uno. Exacerbare aliquem.

Desazonarse. Vide *Desabrirse.*

Desazon. Vide *Desabrimiento.*

Desbalixar à uno. Sarcinas ejus dissolvere, discutere, hippoperam scrutari.

Desbaratar los enemigos. Hostes fundere, hostium copias profligare. *Desbaratarlo todo.* Cuncta disturbare, disjicere, evertere, confundere, dissipare. *Desbaratado has todas mis trazas.* Conturbasti mihi rationes omnes. Consilia mea interturbasti.

Desbaratado. Perditus, profligatus, dissipatus. Consiliis præceps, ac devius.

Desbarbado. Imberbis, ephebus, i. Impubes, is. Impuber, eris. Impubis, e.

Desbarrar. Toto cœlo aberrare.

Desbastar. Dolo, as. Dedolo, as. *La juventud.* Juventutem erudire. Adolescentes doctrina excolere, expolire.

Desbautizarse. Furere alicujus impudentia, aut stultitia. *Haceme desbautizar.* Adigit me ad insaniam.

Desbocado. Maledicus in omnes, obtrector, convitiator. Linguæ petulantia præceps, in omnes procacissimus. *Caballo desbocado.* Duri equus oris, fræno contumax, refractarius.

Desbocarse contra otro. In alium debacchari.

Desborcellar el vaso. Vasis labrum curtare, descurtare, imminuere.

Desbravar. Deferveo, es. Mitesco, is.

Desbuchar. Evomo, effundo, is. *Desbuchò en mi su colera.* Iram, aut furorem in me effudit. In me quæcunque voluit, evomuit. Vide *Desfogar.*

Descabalar. Vide *Disminuir. Descabalado.* Sine compare, sine complemento.

Descabezar. Caput amputare. Vide *Degollar. Descabezar el sueño.* Obdormisco, is.

Descaecer, ò desfaecer. Defucio, is. Languesco, is. *Mucho ha descaecido su reputacion.* Existimatio ejus affecta est. Fides ejus concidit, labefactata est.

Descaido. Languidus, debilitatus.

Descaimiento. Languor, oris.

Descalabrar. Caput lapide, aut virga leviter percutere, contundere. *Descalabradura.* Contusio capitis, tumor ex contusione.

Descalçarse. Calceos deponere. Calceamentis se exuere. *Descalçar à otro.* Calceos alicui detrahere. *No mereceis descalçarme.* Indignus es, qui mihi calceos detrahas, aut matulam porrigas. *Descalçabanse de risa.* Risu corruebant.

Descaminada cosa. Devius, absurdus, ineptus, à ratione alienus, abhorrens. *Ir descaminado.* Aberro, as. A ratione digredi, à veritate discedere, de via deflectere.

Descamino. Diverticulum, i. *Denunciar algun descamino.* Deferre aliquem de mercibus contra edictum exportatis, aut importatis. *Coger algun descamino.* Merces alicui adimere, detrahere, contra edictum allatas.

Descansar. Quiesco, requiesco. Cessare ab opere, labore supersedeo. *Contigo descanso.* In tuis oculis, in tuo ore, vultuque conquiesco. *Los que estàn descansados.* Otiati, feriati.

Descanso. Quies, tis. Requies, ei.

De escalera. Gradus in scalis amplior.

Descansadamente. Quietè, placidè.

Descantillar. Decurto, as. Delibo, as.

Descaperuzado. Aperto capite.

Descarado. Impudens, perfrictæ frontis homo. *Descaramiento.* Impudentia, os durum, perfricta frons. *Descaradamente.* Procaciter, impudenter.

Descargar. Exonero, as. Onus deponere. Onere, aut fasce aliquem levare. *Descargar el golpe.* Ictum ferre, infligere vulnus. Plagam imponere, infligere.

Descargarse. Vide *Disculparse.*

Descargo en cuentas. Expensum, i. *En pleytos.* Criminis confutatio. *Dàr su descargo.* Dicere causam, rationem reddere, crimen diluere. *Para descargo de mi conciencia, digo &c.* Salutis, & conscientiæ meæ causa testor, &c.

Descarnar. Carnem ossibus detrahere. Ossa nudare, renudare. *Descarnado de el mundo.* A mundi illecebris abstractus, alienus, aversus.

Descarriarse. Deerrare. Aberro, as.

Descarriado. Palans, errabundus.

Descarrillado. Devius, a, um. *Ir descarrillado.* De recta via deflectere.

Descartar, ù descartarse en el juego. Folia inutilia rejicere. *Descartado.* Rejectus, repudiatus.

Descarte. Rejectio, repudium, ii.

Descasar. Matrimonium dirimere, irritum declarare. *Descasarse.* Matrimonio disjungi. Conjuges mutuo distrahi, separari.

Descascar cosa con cascara. Nuces frangere, enucleare. Nucleum è putamine extrahere. *Ambicion descascada.* Exerta ambitio.

Descender. Descendo, is. Vide *Linage.*

Descendencia. Genus, progenies, ei. Posteritas. *Descendientes.* Posteri, minores.

Descenir. Discingo, is. Zonam solvere.

Descenido. Discinctus. Zona solutus.

Descepar. Vites extirpare, evellere.

Descercar. Dissepio, is. Sepem, aut septum disjicere, dilturbare. Vide *Cerco.*

Descerrajar. Obserata effringere, refigere, revellere. *Descerrajador.* Effractor, apertularius.

Descifrar. Notam explicare.

Descinchar. Cingulum solvere.

Desclavar. Refigo, revello, is.

Descoco. Immodica libertas. *Hablar con descoco.* Liberius loqui.

Descoger. Explico, as. Evolvo, is.

Descolgar algo. Per funem aliquid demittere. *Descolgar los tapizes, ò quadros.* Aulæa, vel imagines de templo tollere. Parietes peristromatibus nudare. *Descolgarse.* Per funem se dimittere, delabi.

Descollar entre otros. Inter alios præstare, excellere, eminere.

Descolorido. Decolor, pallidus.

Descomedido. Liberior, audacior. Immodestus, inurbanus, immoderatus.

Descomedirse. Audaciùs, & liberiùs agere cum alio. Procaciùs se gerere. *Descome-*

comedimiento. Audacia, licentia, impudentia.

Descomodidad. Incommodum, i.

Descompadrar. Societatem dirimere, amicitiam dissolvere, mutuò abalienari. *Desde entonces descompadraron.* Ex eo orta est inter illos simultas. Ex eo tempore inter se commisi, & mutuo abalienati.

Descomponer. Composita vertere, turbare, dissolvere, dissipare. *Mas facil es descomponer lo hecho, que componer lo deshecho.* Facilius est apta dissolvere, quàm dissipata connectere. *Todo se ha descompuesto.* Versa, & commutata sunt omnia. *Descomponerse con otro.* Vide *Descomedirse.*

Descompuesta cosa. Incompositus, turbatus, dissipatus, incomptus, incultus.

Descompostura. Immodestia, audacia.

Descomulgar. Excommunicare aliquem, anathematizare, sacrorum communione privare, sacris alicui interdicere. *Con Paulina.* Anathematis fulmina in contumaces Ecclesiæ jaculari. Diras alicui imprecari, diris illum devovere.

Descomulgado. Excommunicatus, anathematizatus, sacris interdictus.

Descomunion. Excommunicatio, nis. Sacrorum interdictio. Anathema, tis.

Desconcertar. Vide *Descomponer. Desconcertamonos en el precio.* Non convenit inter nos, vel non convenimus de pretio.

Desconcertarse los huesſos. Ossa luxari. *El relox.* Horologii machinam solvi, dissolvi. *Anda el relox desconcertado.* Delirat horologium, non sibi constat.

Desconcertadas cosas. Res turbatæ, dissipatæ, dissolutæ. *Hombre desconcertado.* Dissolutus, luxu solutus, qui nihil rectè, nihil cum ratione, nihil in tempore agit. Homo præceps, ac devius.

Desconcierto. Vide *Desorden. Desconcierto de vientre.* Ventris fluxus.

Desconocer à uno. Non dignoscere hominem, non agnoscere. *Desconozco el porte del hombre.* Faustum hominis demiror.

Desconocido. Incognitus, ignotus. *Al bien que se le hace.* Ingratus.

Desconfiar. Diffido, is. Spe decidere. Spem abjicere, arena cedere.

Desconfiado. Diffisus. *Desconfiadamente.* Diffidenter, desperanter.

Desconfianza. Diffidentia, æ.

Desconsolar à uno. Tristia alicui nunciare, portendere, gaudium interturbare. Solatium illi adimere, eripere.

Desconsolado. Tristis, mœstus, afflictus.

Desconsuelo. Mœror luctus, us.

Descontar en cuentas. Aliquid de rationibus deducere, subducere.

Descuento. Subductio, detractio. *Vaya en descuento de mis pecados.* Pro eo, quantum laboris, injuriarumque sustineo, peccatorum pœnas remittat Deus.

Descontentar. Displiceo, es. *Descontento.* Tædium, fastidium, aspernatio. *Mostrar descontento.* Fastidire, respuere, aspernari aliquid. *Descontento hombre.* Subtristis, suboffensus. *Todos salieron descontentos.* Mœsti omnes discessere, & suboffensi.

Desconvenir. Vide *Diferenciarse.*

Descorchar las colmenas. Alvearia perfringere, dissipare, disturbare.

Descornar. Cornua detrahere.

Descortés. Inurbanus, rusticus, superbus. *Descortesía.* Inurbanitas, rusticitas, superbia, æ. *Descortesmente.* Rusticè, inurbanè, superbè, inofficiosè.

Descortezar. Corticem detrahere, cortice nudare. Decortico, as. *Descortezado.* Decorticatus, cortice nudatus.

Descoser. Dissuo, is.

Descostillar. Costas evellere, frangere.

Descostrar. Pustulam detrahere, vel cruditum artocreæ adimere.

Des-

Descoyuntar los miembros. Membra luxare.

Descrecer. Decresco, is.

Desredito. Dedecus, oris. Affecta fides, imminuta authoritas, infamiæ nota. *Seria desredito de tu gravedad, y constancia dexar lo comenzado.* Non est jam gravitatis, & constantiæ tuæ inceptum deserere.

Descreido. Infidelis, blasphemus.

Describir, ò pintar retoricamente. Describere ingenium, & mores alicujus.

Descripcion. Descriptio, nis. Vide *Pintura.*

Descubrir. Detego, retego, is. *Descubrirse.* Caput aperire. *El culpado à otro.* Alicui se indicare, de se aliquid prodere.

Descubrir secreto. Arcanum aperire, vulgare, prodere, in lucem proferre, patefacere, enuntiare. *Descubrióme su pecho.* Consilia sua, animi sensa, animi latebras, atque recessus intimos mihi patefecit, aperuit.

Descubrir nuevas tierras. Regiones incognitas invenire, aperire, reperire.

Descubrirse algo. Patesco, patefio, is. *Descubierta cosa.* Apertus, detectus.

Descubridor. Vide *Sindico, y Soplon.*

Descuido. Incuria, æ. Negligentia, indiligentia. *Por descuido se me cayó.* Per incuriam mihi effluxit. *Con quanto descuido!* Quàm incuriosè! Quàm negligenter! *Descuido afectado.* Negligentia simulata, incuria affectata. *Dexólo caer al descuido.* Per incuriam sibi excidere simulavit. Per simulatam incuriam effluere passus est. Quasi incogitans effudit. Quasi non id ageret, excussit, abjecit. *Hacer una cosa al descuido.* Negligentiam in re aliqua diligentissimè mentiri.

Descuidar. Curam abjicere, remittere, dimittere. *Descuidarse en algo.* Negotium negligere, negligentius agere. Causæ indormire. Parum de re cogitare, laborare. Rem parum curare. *Descuidad de esso por mi cuenta.* Noli ex hoc solicitus esse, tecurum te esse jubeo, in me recipio.

Descuidado. Negligens, incuriosus, improvidus, imprudens impendentis mali. *Cogióme descuidado.* Me incautum excepit. Nec opinantem, nec cogitantem, nec suspicantem oppressit.

DESDE. A, vel ab. Ex. Usque a. *Oistelo? Todo desde el principio.* Audistine? Usque à principio omnia. *Desde la fundacion de Roma, hasta Augusto Cesar.* Ab urbe condita in Cæsarem Augustum. *Desde niño fué virtuoso.* A puero, à pueritia, ab ineunte ætate virtuti studuit. *Desde niño nos criamos juntos.* A pueris unà educati sumus. *Desde quando?* Ex quo tempore? *Desde 27. de Abril.* Ex ante diem quintum Calendas Majas.

Desde ahora. Jam nunc. *Desde aqui, à de aqui.* Hinc. *Desde alli.* Exinde.

Desde entonces. Jam tum. Ex eo tempore, ab eo tempore. *Desde entonces comenzó à perder el credito.* Jam tum fides illum deficere cœpit. Ab eo tempore fides ejus affecta est.

Desde què. Jam tum, cum. Ex quo. *Desde que estudiò Gramatica, diò muestras de grande ingenio.* Jam tum, cum Grammaticæ studuit, ingenii ejus lumen effulsit. *Desde que dexó el cargo, nadie le visita.* Ex quo magistratu abiit, nemo ad eum venit officii causa.

Desdèn. Contemptus, us. Despectio, fastidium, aspernatio, contemptio.

Desdeñar a uno. Fastidire aliquem, aspernari, despicere, contemnere. *Desdeñase de tenerle por marido.* Maritum illum dedignatur.

Desdeñoso. Fastidiosus, morosus.

Desdentado. Edentulus, a, um.

Desdecir. Deficere à seipso. *Desdice el color.* Evanescit color. *No desdice esso de sus costumbres.* Id ab ejus moribus non abhorret, neque vitæ superiori obstat.

Desdecirse. Palinodiam canere, recan-

tare. Seipsum revocare. Orationem retexere. Objecta crimina retractare.

Desdicha. Infelicitas, infortunium. Adversa, afflicta fortuna. Res adversæ. Fatale malum. Calamitas, ærumna, miseria, casus adversus. *Todas mis desdichas me han venido por ti.* A te mihi omnia adversa, & infelicia ceciderunt. Nihil in vita calamitatis vidi, quod non à te conflatum sit, & in me ductum. Quidquid unquam ærumnarum pertuli, tibi acceptum refero.

Desdichado. Infelix, calamitosus, miser, ærumnosus. Malè fortunatus. Qui fortuna utitur adversa. Quarta luna natus.

Desdichadamente. Infeliciter, miserè, fatali casu, acerbo casu.

Desdoblar la hoja. Folium explicare.

Desdorar. Aurum dissolvo, reglutino.

Desdorar su fama, y opinion. Dedecorare aliquem. Vide *Deshonrar. No ha hecho cosa, que desdore su nobleza.* Nihil, quod familiam dedecoret, admisit. Nihil majoribus alienum commisit.

Desdoro. Dedecus, oris.

Desear. Vide *Dessear.* Infra.

Desechar. Rejicio, is. Repudio, renuncio, as. *Con desprecio.* Fastidire, respuere, aspernari. *Desechado.* Rejectus, fastiditus.

El desechar. Rejectio, nis. *El desecho.* Ejectamentum, rejectanea, orum. *Del ganado.* Oves, aut boves rejiculæ.

Desedificar. Vide *Escandalizar.*

Desedificacion. Offensio, nis.

Deselar. Egelido, as. Gelu solvere.

Desembarazar. Expedio, is. Se negotiis expedire, vel ab occupationibus.

Desembarazado. Expeditus, promptus.

Desembarazo. Fecilitas, tis. *Con desembarazo.* Expeditè, strenuè, facilè.

Desembarcar. De navi descendere, desilire, in littus è navi profilire. *Desembarcar soldados.* Milites è navi educere, deducere, in terram exponere.

Desembarcacion. Excensus, us. Excensio.

Desembargar. Rem, aut opus impeditum liberare, remittere.

Desembarrar. Lutum relinere.

Desembaynar. Evagino, as. Ensem distringo, educo, vagina eripio.

Desemborvarse. Resipisco, is. Errorem suum agnoscere. Sapere aliquando.

Desemboca el rio en el mar. Fluvius mari illabitur, in oceanum influit, in mare se exonerat, evolvitur.

Desembolsar el dinero. Pecuniam è marsupio solvere.

Desembolver. Evolvo, is. Explico, as.

Desembolverse. Expedire se. Strenuè, & expeditè agere, rem gerere.

Desembolvura. Petulantia, licentia, procacitas. *Donosa fue vuestra desembolvura.* Bellè, & naviter impudens fuisti.

Desembuelto. Expeditus. *Libre atrevido.* Petulans, procax, liberior, impudentior.

Desembozarse. Caput obvolutum detegere, aperire.

Desemejanza. Dissimilitudo, inis. *Desemejante.* Dissimilis, e.

Desempacharse. Pudorem exuere, abjicere, deponere. Depudet.

Desempañar al niño. Pannis infantem evolvere, exuere.

Desempedrar. Lapides evellere, extrahere, eruere. Elapido, as.

Desempegar. Dolium relinere.

Desempeñar algo. Pignus redimere.

Desempeñar la palabra. Fidem liberare, præstare. *Desempeñar su credito.* Expectationi satisfacere.

Desempeñarse. Ex ære alieno emergere. Creditoribus satisfacere.

Desempeño. Pignoris redemptio. Debiti solutio. Satisfactio, nis.

Desemperezar. Pigritiam excutere. Socordiam & ignaviam abjicere.

Desencadenado. Catena solutus.

Desen-

Desencantar. Carminibus magicis ligatum solvere, liberare.

Desencajar, à desencaxar algun hueso. Membra luxare, solvere, detorquere.

Desencajado. Luxatus, loco motus.

Desencajadura. Luxatio. *Desencajillarse.* Arce, aut loco munito hominem expellere, depellere.

Desenclavar. Vide *Desclavar.*

Desencoger. Extendo, is. Duco, is.

Desencogerse. Timorem, ac torporem abjicere. Animum laxare. Exhilarari.

Descolar. Deglutino, as.

Desenconarse la llaga. Ulceris dolorem minui, leniri, mitigari.

Desenfadarse. Molestis se expedire. Curas abigere. Fastidium excutere, pellere. Animum relaxare. Per amæna loca animi causa ambulare, spatiari.

Desenfado en hablar. Verborum licentia. *Con quanto desenfado!* Quàm licenter! Qua verborum insolentia!

Desenfardar la mercaduria. Sarcinas dissolvere, merces expedire.

Desenfrenar. Frænum equo adimere. *Desenfrenado.* Effræna tus, ferox, indomitus. *Desenfrenadamente.* Effrænatè, ferociter. *Desenfrenamiento.* Effrænatio impotentis animi, ferocitas, impotentia, æ.

Desengañar à uno. Errorem alicui eximere, eripere, depellere, fraudem aperire, dolum detegere. Hominem errore liberare, ab errore deducere, evellere, revocare. Refellere aliquem, prudentiorem reddere. *Desengañeme, si erre.* Si errore ductus sum, libenter refelli me patiar.

Desengañarse. Errorem suum deprehendere, deponere, abjicere. *Desengañate, que ninguno puede &c.* Sic habeto, sic velim existimes, sic apud te statuas velim, neminem posse &c. *Nada me desengaña.* Nihil me à vivendi licentia continet, nihil à luxu, & deliciis abducit, nihil à libidine revocat, nihil à vitiis deterret. *Ya està desengañado.* Jam errorem suum deprehendit. Jam cautior, & prudentior factus est. *Hombre desengañado.* Homo sapiens, propriis aut alienis periculis cautus, eruditus.

Desengaño. Erroris aut vanitatis cognitio, error cognitus, sapientia. *Gran desengaño de la vanidad del mundo.* Ingens vanitatis mundi documentum. Præclarum mundanæ vanitatis specimen.

Desengaños. Monita, documenta, consilia salutaria. *Mas con què desengaño habla en esta materia!* At quàm sapienter hæc disputat! Qua sapientia mundi fallaciam detegit, vanitatem coarguit, pompam traducit! *Esto nos puede servir de desengaño.* Hæc nobis documento esse possint.

Desengrudar. Conglutinatum solvere.

Desenlazar. Solvere nexus, nodos.

Desenmarañar. Extrico, as.

Desenojar. Vide *Aplacar. Desenojòse.* Deferbuit ira ejus, detumuit.

Desenquadernar. Compactum librum dissolvere. Quaterniones distrahere.

Desenredar. Extrico, as. Expedio, is.

Desenseñar. Dedoceo, es.

Desenstillar. Ephippium detrahere.

Desentablar. Tabulas extrahere, resigere, evellere, revellere.

Desenterrar. Effodio, eruo, is. Cadaver exhumare, refodere. *Desentierra los muertos con su lengua.* Nec mortuis parcit maledicus obtrectator. Mortuis convitiatur.

Desentonar la voz. Dissono, as. Extra numerum canere. *Voz desentonada.* Vox dissona, absona, discrepans.

Desentrampar la hacienda. Bona creditoribus obnoxia redimere, solvendo liberare.

Desentrañar. Eviscero, as. Exentero, as. *Desentrañarse por èl.* Nequid illi desit, sibi vel necessaria subtrahit.

Desservicio. Inofficiosum factum. *Ha-*

cer

cer algo en servicio del Rey, ù de la Republica. In Regem, aut Republicam aliquid facere, perpetrare, moliri.

Andais en deservicio del Rey. Regis partes oppugnas, quas tueri debes. *Què he hecho yo en deservicio de V. m.?* Quid feci, quo minus mea in te officia constarent? Ecquando tibi defui, aut rationibus tuis obstiti?

Desesperar de su salvacion. Salutem, vel de salute desperare. Salutis spem abjicere. *Dexòlo desesperado.* Abjecit hastas. *Hombre desesperado.* Desperatus, ab omni spe destitutus Cui ad restim res rediit. *Dexar el estudio, desesperando de salir con èl.* Abjicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. *Tenialo por cosa desesperada.* Id mihi erat pro desperato.

Desesperacion. Desperatio, diffidentia. *Aconsejado de la desesperacion, se arrojò en el rio.* Ex desperatione consilium natus, in flumen se projecit.

Desesterar. Storeis parietes, & pavimenta nudare.

Desestimar. Vide *Despreciar.*

Desfallecer. Deficio, fatisco, is.

Desfavorecer. Dejuvo, as. Alicui deesse, obstare, adversari, refragari.

Desfavorecido de la fortuna. Fortunæ muneribus destitutus, exclusus. Adversa fortuna usus. Fortunæ inops. Tacit.

Desfigurar. Deformo, as. Vide *Afear.*

Desfigurado. Deformatus, sui dissimilis. Specie à se ipso abhorrens.

Desflemar. Bilem evomere. Humores noxios vomitu ejicere, expellere.

Desflorar una doncella. Virginem violare, vitiare, corrumpere. Pudicitiam illi eripere, vim & stuprum inferre.

Desfogar. Ignem exhalare. *Desfogar el dolor, y sentimiento.* In questus, & lacrymas erumpere. *Desfogò en mi la colera.* Stomachum in me erupuit, cum alteri iratus esset. In me detonuit, cum irarum nubem aliunde collegisset.

Desfrutar los arboles. Fructus ex arboribus legere, colligere, auferre.

Desgajar. Scapum à botro divellere. Ramum ex arbore detruncare.

Desgayre. Hacer algo al desgayre. Contemptim aliquid facere.

Desgalgarse una gran piedra. Saxum ingens avulsum, aut præcisum ex montis cacumine in præceps devolvi.

Desgalgaderos. Prærupta montium.

Desgana. Fastidium, tædium, satietas.

Desganado. Languidus, fastidiosus. *Estàr desganado.* Satietate captum esse. Languere, torpére, languido animo esse.

Desgarrar. Discindere, lacerare.

Desgarrado. Homo ferox.

Desgarro. Ferocia, æ. Ferocitas. *Del vestido.* Scissio, scissura vestis.

Desgovierno. Mala administratio. Imperitia in republica gerenda.

Desgracia. Infortunium, infelix casus, fatale malum. *Por mi buvo de venir la desgracia.* In me impetum fortuna convertit. *Por esso cayò en desgracia.* Propterea gratiam amisit. Ea de causa populo displicuit, multorum animos offendit. Eo nomine in odium incurrit, & male apud omnes audire cœpit. *Si le sucediere alguna desgracia.* Si quid ei acciderit.

Desgraciarse con algunos. Apud aliquos offendere, existimationem amittere. *Desgraciòse aquel mozo de tantas esperanzas.* Flos ille adolescentium ante diem decerptus est. Infelici casu è vivorum numero exturbatus, acerbo funere elatus, fato non suo defunctus est. Tragicè vitæ fabulam peregit.

Desgranar. Uvæ acinos exolvere, aut spicarum grana excludere, exterere.

Desgreñarse. Capillos solvere, turbare. *Desgreñada.* Incompta mulier, passis crinibus, soluta, aut turbata coma.

Deshacer edificio. Destruo, diruo, is. Deleo, disturbo, demolior, iris.

Deshacer lo hecho. Apta dissolvere, acta rescindere, telam retexere. Irritum aliquid facere, factum pro infecto habere.

Deshacer poco à poco la amistad. Amicitiam sensim dissuere, dissolvere.

Deshacer la compañia. Societatem dirimere, dirumpere. *Los conciertos.* Fœdera solvere, dissolvere. *Deshacer la venta.* Venditionem rescindere. *El pan comido la compañia deshecha.* Amicus dum olla fervet.

Deshacer el embuste. Calumniam obterere, contundere, convincere.

Deshacer se de sus alhajas. Res suas abalienare, divendere. *Està muy deshecho de las cosas del mundo.* A mundi illecebris alienus est, longè abest.

Deshacer se en lagrimas. In lacrymas solvi. *De pena, y dolor.* Dolore tabescere, contabescere: luctu, aut mœrore confici, consumi.

Deshecho. Destructus, deletus, dirutus, dissipatus, disjectus.

Desheredar. Exhæredo, as. Filium abdicare, exhæredem facere, testamento præterire, hæreditate privare.

Desheredado. Exhæres, dis, abdicatus.

Desherrar. Ferreas soleas detrahere. Ferrea munimenta refigere, revellere.

Deshezar. Defæco, as. A fæce purgare.

Deshilar un trapo. Pannum filatim carpere, panni fila distrahere. *A la deshilada se fueron.* Alius post alium abierunt.

Deshincharse. Detumesco, is.

Deshojar. Folia, vel frondes vellere, carpere, detrahere, decutere.

Deshojado. Foliis nudatus, exutus.

Deshollejar. Folliculum deglubere, siliquam excutere, adimere.

Deshollinar. Fuliginem abstergere.

Deshondonar. Vasis fundum abrumpere.

Deshondonado. Pertusus, sine fundo.

Deshonesto hombre. Libidinosus, impudicus, impurus, ganeo. *Cosa.* Res turpis, inhonesta, obscœna, flagitiosa.

Deshonestidad. Turpitudo, impudicitia, obscœnitas, libido, flagitium. *Deshonestamente.* Turpiter, impudicè, obscœnè.

Deshonra. Dedecus, otis. Ignominia.

Deshonrar à uno. Dignitatem hominis violare, famam immiuere, fugillare. Vide *Afrentar.*

Deshormar. Formam calceo eruere.

Desjarretar. Nervos præcidere. *Queda desjarretado.* Jacet prostratus.

Desierto. Solitudo, eremus, i. *Irse à un desierto.* Abdere se in solitudinem. *Predicar en desierto.* Cœlo, ac terræ loqui. Abhorrentia ab auditorum animis suadere.

Designio. Consilium, mens, animus.

Desigual. Inæqualis, iniquus, impar. *Desigual partido.* Iniqua conditio. *Desigualdad.* Inæqualitas, iniquitas. *Desigualmente.* Inæqualiter.

Desinteres. Ab avaritiæ sordibus animus alienus, intactus, abhorrens.

Desinteressado. Qui nullo quæstu ducitur, integer, incorruptus. *Tan desinteressadamente procede en su oficio.* Adeo caltè integreque officio suo fungitur.

Desistir. Desisto, is. *De su pretension.* Petitione desistere. Incepto, vel ab incepto abire, desistere. Petitionem abjicere. Consilium belli faciendi abjecit.

Desladrillar. Lateres evellere.

Deslavar. Lavando macerare.

Deslavado. Perfrictæ frontis homo.

Desleal. Infidus, infidelis, perfidus.

Deslealtad. Infidelitas, perfidia.

Desleir. Diluo, is. Liquefacio, is. Colliquefacio, resolvo, is.

Deslenguado. Petulantis linguæ homo, maledicus, conviciator.

Desliar. Sarcinas dissolvere.

Deslindar. Definio, is. Determino, as.

Deslizar. Labor, dilabor, eris.

Desliz. Lapsus, us. Prolapsio, nis.

Deslizadero. Locus lubricus.

Deslomar. Delumbo, as. Lumbos frangere.

Deslomado. Delumbis, elumbis, e.

Deslumbra. Oculos perstringere.

Deslumbrarse. Caligo, as. Cæcutio, is. Allucinor, aris. *Deslumbrado.* Caligans, cæcutiens, obcæcatus.

Deslumbramiento. Caligatio, mentis cæcitas, allucinatio, offuca caligo.

Deslustrar. Obscuro, as. Decoloro, as. Deterius aliquid facere. *Deslustrarse.* Obsolescere, marcescere, obscurari. *Deslustrado.* Obsolentus, detritus, decolor, oris.

Deslucir à uno. Deprimere aliquem, laudes ejus obterere, dignitatis florem infringere, gloriam ejus imminuere, tenebras illi offundere.

Deslucido en sus acciones. In agendo languidus, segnis, iners, ineptus.

Deslucimiento. Languor, inertia, æ.

Desmadejado. Segnis, negligens, languidus, dissolutus.

Desmadejamiento. Segnities, languor.

Desman. Erratum, i. Lapsus, us.

Desmandarse en algo. Morem, aut modum non servare, non tenere. Extra modum prodire. Modestiæ fines transilire.

Desmandòse en palabras. Linguæ intemperantia lapsus est.

Desmantelar la Ciudad. Mœnia urbis diruere, demoliri, evertere.

Desmayar. Deficio, is. Animo cadere, concidere, deficere. *Desmayò el enemigo.* Jacet prostratus hostis, & se perculsum, atque abjectum esse sentit. *No desmayes.* Ne contrahas, ac demittas animum. *A quien no desmayarà tan dificultosa empressa?* Quem non frangat, ac debilitet tanti operis difficultas? Quem non deterreat?

Desmayarse. Linqui animo, deliquium animi pati. *De miedo.* Metu exanimari. *Desmayado.* Defectus, animo. *De miedo.* Exanimatus, exanimis, e.

Desmayo. Animi deliquium. *De miedo.* Exanimatio. *De flaxedad.* Languor, is.

Desmacelado. Marcidus, languidus.

Desmedrado. Macer, pusillus, gracilis.

Desmelenarse una à otra. Mulieres in capillos invicem involare. *Desmelenado.* Incomptus, capillis sine lege errantibus.

Desmembrar. Membratim corpus incidere. Cohærentia, & inter se connexa abrumpere, dividere, avellere.

Desmemoriado. Oblivios us.

Desmentir à uno. Mendacium alicui objicere, exprobare. Mendacium in aliquem retorquere. *Desmentir una cosa.* Vide *Dissimular.* *Desmentirse uno à otro.* Mendacium invicem retorquere. *Esto desmiente uno à otro.* Hæc inter se pugnant, invicem sibi obstant.

Desmenuzar. Aliquid comminuo, contero, is. Frio, as. Cibum dentibus confício.

Desmerecer. Indignum esse. *Desmerecele acaso quien lo pide, ò aquel para quien se pide?* Utrum is, qui petit, an is, cui petitur indignus est? Cic.

Desmesura. Immodestia, procacitas.

Desmesurado. Vide *Descomedido.*

Desmigajar el pan. Panem in micas friare, digitis comminuere.

Desminuir. Vide *Disminuir.*

Desmochar. Mutilo, as. Detrunco, as. Truncam arborem reddere, cornua truncare.

Desmontar. Sylvam cædere. Frutices, ac virgulta succidere. *Los de à cavallo.* Equo descendere, desilire.

Desmoronarse un paredòn. Parietinam vetustatem dilabi, diffluere, deficere.

Desmotar el paño. Panni floccos forficulis secare, amputare, præcidere.

Desnarigar. Nares alicui præcidere. Hominem denasare. *Desnarigado.* Denasatus, naso diminutus, truncis naribus fœdatus.

Desnatar la leche. Lactis summum decerpere. Pingue lactis delibare.

Desnaturalizarse. Patriam abdicare, ejurare. Ejurata patria, in aliam civitatem ascisci, ascribi, jus civitatis alibi obtinere.

Desnudar. Nudo, denudo, as. Veste aliquem exuere, spoliare. *Desnudarse.* Vestem deponere, vestimenta abjicere.

Desnudo. Nudus, omni veste vacuus.

Desnudèz. Nuditas, tis.

Desobedecer. Obedientiam abjicere, jussa negligere, contemnere. Præceptis non parere, non obedire mandatis.

Desobediencia. Mandati neglectio, obedientiæ contemptus. Imperii detrectatio. Contumacia, æ. *Desobediente.* Inobsequens, contumax, cis.

Desobligar. Vide *Ofender. Con esso le desobligaste.* Hoc pacto hominem à te abalienasti. Hac facto gratiam ejus amisisti, perdidisti. *No por esso està desobligado.* Non ideo officio solutus est. *No se dà por desobligado.* Non putat se non teneri.

Desocupar la casa, los assientos. Domum, subsellia vacua facere, relinquere. *Desocuparse.* Se ab occupationibus, aut negotiis expedire. *Yà estoy desocupado.* Jam sum expeditus. Vacuus jam sum, & liber à negotiis. Jam aliquid otii nactus sum. Nullæ me jam occupationes urgent, nulla negotia distinent, nullis negotiis implicatus sum. Ab omni occupatione me expedivi. Jam mihi per negotia respirare, & ferias agere licet. *Mas desocupado estàs tu, que yo.* Plus tibi otii est, quam mihi.

Desojarse por saber los intentos de alguno. Acri, & attento animo intueri, observare, investigare, quo pacto consilia alicujus deprehendas, quemadmodum ad intimos ejus sensus pervenias.

Desojarse en servirle, y darle gusto. Dies, noctesque in obsequium ejus intendunt, invigilant. Nihil laborant, nihil curant, nisi quemadmodum illi placeant, quibusque officiis illum sibi devinciant.

Desolación. Excidium, vastatio, nis.

Desollar. Pellem alicui detrahere. Excoria e pecus. *Si sabe el viejo la burla, me ha de desollar à azotes.* Si senex senserit, sibi data esse verba, virgis dorsum desoliabit meum. *Desolladura.* Obliæ cutis plaga.

Desordenar. Ordinem perturbare.

Desordenado. Inordinatus, indigestus, incompositus, præposterus, perversus. *Acometiò à los enemigos desordenados.* Palantes hostes adortus est.

Desordenadamente. Inordinatè, præposterè, perversè, confusè, præter ordinem, immoderatè immodicè.

Desorden de cosas. Rerum perturbatio, confusio. Præposterus ordo.

Desorejar. Auriculas amputare.

Desovar los peces. Ova pario.

Despachar negocios. Negotia, expedire, absolvere. Rem peragere, conficere. *Despachar el mensajero.* Nuncium remittere, dimittere. *Despachemos.* Agedum, quid moraris.

Despachos de Audiencia. Acta, orum. *Gentil despacho traes.* Præclarè verò mandata egisti, curasti, gessisti, confecisti. *Para què te encargas de el despacho, si le has de hacer assi?* Q id recipis mandatum, si neglecturus es? Quid onus officia suscipis, quod substinere nequis?

Despachurrar. Exculco, as.

Despacio. Sensim, placidè, paulatim.

Despalmar la nave. Vide *Brear. Despalmar el cavallo.* Scalpro ungulas equi præcidere, excidere, secare.

Desparecer. Vide *Desaparecer.*

Desparramar. Dissipo, as. Dispergo, is.

Despartir. Pugnantibus se interponere. Pugnam dirimere, inhibere.

Desparcidor Pacificator, oris.

Despavilar. Lucernam emungere. *Despavilaronme el dinero.* Argento emunctus sum. *Despavilado ingenio.* Emunctæ naris homo. Experrecti vir ingenii. *Despavila-*

deras. Emunctorium, forficulæ, arum.

Despavorido. Pavefactus, consternatus. *Quedò despavorido.* Perterritus obstupuit. Vehementer expavit.

Depearse. Pedibus debilitari, qui longum pedibus iter confecit. *Despeado vengo.* Ita fessus sum de via, ita defatigatus, ut vix pedibus stare, aut insistere valeam.

Despecho. Furor ex desperatione. *A despecho mio lo hizo.* Me invito, ac reclamante fecit.

Despechado. Ex desperatione in furorem erumpens, in rabiem actus.

Despechugarse. Expapillari. Pectus aperire, nudare. *Despechugado.* Expapillatus, nudato, aut aperto pectore.

Despedazar. Aliquid discerpo, lacero, dilacero, as. Laniare, dilaniare.

Despedir. Dimitto, is. *Despedir al que te pide.* Abnego, as. Petitionem rejicere. *Despedir al soldado.* Exauthorare militem, sacramento illum absolvere, missionem illi, aut commeatum dare. Legionem cum ignominia missam fecit.

Despedirse. Vale dicere alicui. Cum bona alicujus gratia abire, discedere. *Despedimosle con lagrimas.* Lacrymis, & votis abeuntem prosecuti sumus.

Despedida. Discessus, us. Digressus, us. *A la despedida le abrazò.* In digressu illum amplexus fuit.

Despegar. Cohærentia distrahere, dissolvere. Deglutino, reglutino, as. *Hombre despegado.* Asper, solitudinis amicus, ab hominum congressu alienus, aversus, abhorrens.

Despego. Asperitas, aversatio.

Despejar la plaza. Expedire forum. Turbam removere, submovere. *Hombre despejado.* Expeditus, alacer, cris.

Despejo. Alacritas, vigor animi.

Despenar à uno. Molestiam alicui eripere. Molestia, metu, solicitudine hominem levare, liberare.

Despeñar. Præcipito, as. Præcipitem aliquem agere, dare, dejicere, impellere. *Despeñarse.* Ruere præcipitem, in præceps decidere, deferri, devolvi. *Despeñase el rio.* Amnis ex alta rupe præcipitat. *Ponerse à peligro de despeñarse.* Committere se in locum præcipitem. *Por poco se despeñará, ò no se despeñò.* Tantum non præcipitatus est. Parum abfuit, quin præceps deferretur.

Despeñadero. Præcipitium, locus præceps.

Despeño. Præcipitatio, ruina, æ. *Del agua que cae del alto.* Cataracta, æ.

Despensa. Penus, us, vel oris. Cella penaria, vel penuaria. *Despensa, vino.* Lora, æ. Vinum secundarium.

Despensero. Dispensator, promus condus. *El que compra.* Obsonator, is.

Despepitado. Præceps in agendis. *De lengua.* Petulantis linguæ homo.

Desperdiciar la hacienda. Bona sua prodigere, patrimonium profundere, fortunas dissipare, dilapidare, disperdere.

Desperdiciador. Prodigus, decoctor.

Desperdicio. Profusio, dissipatio.

Despernar. Crura convellere, frangere.

Despertar uno. Expergiscor, somnum excutere, somno solvi, è somno, vel de somno excitari. *Despertar à otro.* E somno aliquem excitare, suscitare. Expergefacio, is.

Despertador. Excitator, oris.

Despierto, vivo. Experrectus, vigilans, tis. Experrecti vir ingenii. *Estás despierto?* Vigilasne? Experrectus ne es?

Despicarse. Jocum joco eludere. Joci acumen retundere, retorquere.

Despilfarrado. Vide *Andrajoso.*

Despintarse una cosa. Vide *Desaparecer. Despintòsele lo que deseaba.* Spe frustratus est. Sors illi læva fuit. Pro virgine cerva.

Desplacer. Vide *Desagradar.*

Desplegar. Velum, aut frondes explicare. *No desplegò la boca.* Siluit, obmutuit.

Des-

Desplomarse la pared. Parietem inclinari, vitium facere, rimas agere, in ruinam propendere, ruinam minari.

Desplumar. Plumas evellere.

Despoblarse un Lugar. Incolis, aut civibus orbari. *Despoblòse toda la Ciudad para ir à verlo.* Prodigium ut videret, tota se civitas effudit.

Despobladas estàn muchas Ciudades. Multæ urbes vastatæ, desertæ sunt, civibus orbæ sunt. In multis urbibus cives desiderantur. Magna est in multis urbibus solitudo.

Despojar. Spolio, vel expolio, as. Nudo, as. Expilo, as. Spoliis hostem exuere, spolia illi detrahere, adimere.

Despojador. Spoliator, expilator.

Despojas. Spolia, orum. *De Rey, ò Capitàn vencido.* Opima spolia.

Despolvorearse. Pulverem sibi excutere. Vide *Espolvorearse.*

Desposarse. Sponsalia contrahere, alterum se alteri spondere, in conjugium pacisci. Adolescens puellam sibi despondet. *Desposar la hija.* Filiam alicui despondere.

Desposado. Sponsus. *Desposada.* Sponsa. *Desposorios.* Sponsalia, um.

Despossеer à uno. Possessione aliquem depellere, exuere, privare.

Despotico dominio. Regia dominatio. *Mandar despoticamente.* Regiè imperare, imperiosè jubere.

Despreciar. Contemno, negligo, sperno, despicio, is. Despicatui aliquem ducere. *Despreciar con algun gesto.* Fastidire aliquem. Aliquid respuere, aspernari.

Despreciado. Contemptus, spretus, despectus, neglectus, despicatissimus.

Desprecio. Contemptus, us. Despicientia, æ. Contemptio, despicatus, us. *Tratòle siempre con grandissimo desprecio.* Illum pro despectissimo semper habuit.

Desprender. Nexu solvere, liberare.

Desprevenido. Imparatus, a, um. *Cogiòme desprevenido.* Imparatum me excepit, incautum occupavit.

Desproposito. Ineptiæ, arum. *Tal vez el desproposito es muy à proposito.* Desipere aliquando egregie sapere est.

Desprovisto. Vide *Desprevenido.*

DESPUES (*proposicion*) Post, secundum.

Despues de muchos debates. Post multas altercationes. *Despues de largo tiempo.* Post longum tempus, longo intervallo, longo post tempore. *Para verte despues de tanto tiempo.* Ut te tanto intervallo viderem. Cic. *Poco despues comenzamos à sentirlo.* Paulò post, non multò post, post aliquantò sentire cœpimus. *Despues de ti, de ninguna cosa gusto mas, que de la soledad.* Secundum te nihil mihi amicius solitudine. *Despues de Dios, à ti te devo la vida.* Secundum Deum vitam tibi acceptam refero.

DESPUES (*adverbio de orden*) Deinde, tum, postea. *Informème de el primero, despues mostrèle la carta.* Primum ex eo quæsivi, deinde litteras ei ostendi. *Despues confesò llanamente.* Tum rem simpliciter aperuit. Postea rem planè confessus est.

Despues que. Postquam, posteaquam. *Un dia despues que saliò.* Postridie, vel postero die, quàm egressus est. *Tres dias despues que muriò.* Post tres dies, vel post diem tertium, quàm mortuus fuit. Tertiò, postquam mortuus est, die. * *A veces se dexa* Post: *Siete dias despues que naciò, le bautizaron.* Septimo, quàm natus est die salutari aqua perfusus est.

Despulsado. Intermortuus, pœne exanimatus. *Quedòse despulsado con la nueva.* Provinciarum nunciata defectione, tantum non exanimatus est. Perculsus insperatæ cladis nuncio prope intermortuus jacuit.

Despuntar. Cuspidem, aut mucronem frangere, infringere, obtundere. *Des-*

punto de agudo. Suo se pupugit acumine.

Desquartizarle, hacerle quartos. Cadaver damnati hominis in quatuor partes dividere, incidere, secare.

Desquiciar la puerta, sacarla de quicio. Cardine fores evertere, evellere, extrahere, dimovere.

Desquitarse. Damnum compensare. *En el juego.* Amissa in ludo recuperare, recipere. *Desquitos estamos.* Neuter alteri, vel neutet neutri debet. Paria fecimus.

Desquite. Damni compensatio. Lusoriæ jacturæ reparatio.

Desquixarar. Maxillas convellere.

Desreglado. Intemperans, edax, comessator. Cibi, & potus immodicus.

Desear. Cupio, opto, exopto, as. Appeto, expeto, is. Concupisco, is. *Desear lo que hace falta.* Desidero, as. Requiro, is.

Mucho deseo verte. Dirum me tenet tui videndi desiderium. Efferor studio tui videndi. Ardeo, flagro conspectus tui desiderio. Mirificè conspectum tuum desidero. Nihil magis in votis habeo, quàm ut te videam. Oculi mei desiderium tui ferre non possunt. In magno sum tui videndi desiderio. Mirificè me afficit tui videndi desiderium.

Deseoos todo bien. Cupio tibi secunda omnia. Tibi optima cupio. Omnia tua causa volo.

Todos desean la honra. Trahimur omnes studio laudis, gloriæ cupiditate ducimur, incendimur, efferimur, inflammamur. Insita mortalibus est inexhausta gloriæ aviditas. Ardor quidam gloriæ omnium animos occupavit. Omnes laudem, & gloriam expetunt, ardenter sitiunt. Omnes laudi summopere student. Laudis amore flagrant omnes.

Deseo. Cupiditas, aviditas, studium. *De lo que hace falta.* Desiderium, ii. *Deseo desordenado.* Libido, cupido, nis. *De honra, ù de mandar.* Ambitio, nis. Honorum cupiditas, dominandi libido. *Con grandissimo deseo.* Cupidissimè, avidissimè, studiosissimè.

Dexase llevar de sus deseos. Cupiditatibus servit, paret, obsequitur. Eò facilè trahitur, quò illum libido rapit. Sibi nec moderari, nec temperare in cupiditate valet. Homo est cupiditatibus miserè obnoxius. Cœco quodam impetu ad omnes cupiditates explendas rapitur. Se in cupiditatibus continere nequit.

Dificultosa cosa es refrenar los malos deseos. Arduum est, ac difficile cupiditatibus imperare, moderari, modum adhibere. Magnum negotium est cupiditates coercere, comprimere, frangere, libidines effrænatas cohibere, ad rationis metam adigere.

A medida vino del deseo. Res ex sententia cessit, successit, optatis respondit. *Date à deseos, y oleràs à polèo.* Nimia familiaritas contemptum parit. Assiduitas fastidium, absentia desiderium affert.

Deseado. Optatus, expectatus, expetitus. *Muy deseada es tu venida.* Optatissimus, expectatissimus est adventus tuus.

Deseoso. Cupidus, avidus, appetens.

Deseable cosa, digna de ser deseada. Optabilis, desiderabilis, expetendus.

Destajo. Dàr, ò tomar la obra à destajo. Opus faciendum locare, vel redimere. *Concierto à destajo.* Operis locatio, redemptio.

Destajeros. Operis redemptores.

Destapar. Operculum detrahere. *La cañilla de la cuba.* Epistomium extrahere, extorquere. *Lo que està con tapòn.* Obturamentum extrahere, exrudere. Obturatum aperire. *Lo que està con pez, ò betùn.* Relino, is.

Destazar. Corpus in frusta concidere.

Destemplarse uno. Exacerbari, stomachari. *La vihuela.* Fides, aut chordas remitti, dissonare. *Destemplado.* Immoderatus, intemperatus, intemperans. *En la musica.* Dissonus.

Destemplanza. Intemperantia, æ. *Del clima, ò ayre.* Intemperies cœli.

Destempladamente. Intemperanter, immodicè, intemperatè.

Desterrar à uno. Exilio hominem multare, in exilium mittere, exigere, ejicere. Nobilem virum relegare, proscribere, amandare, deportare. Omni Gallia Romanis, vel Romanos interdixit. Aqua & igni mihi interdictum est, vel aqua & ignis mihi interdictum est.

Desterrado. Exul, extorris, proscriptus, relegatus, qui exulat, qui in exilio est, exterminatus, in insulam deportatus. *Salir desterrado.* Exilii multam subire. Exilii causa solum vertere, patria cedere. In exilium ire, proficisci. *Estàr, ò andar desterrado.* Exulo, as. In exilio esse, in exilio vagum errare. *Desterrador de los buenos.* Bonorum exterminator.

Desterradero. Locus inamœnus, insalubris, qui pro exilio habetur.

Destierro. Exilium, relegatio. *Alzarle el destierro.* Ab exilio aliquem revocare, reducere. Exulem restituere.

Destetar. Ablacto, as. Infantem ab uberibus depellere. *Con esto me destetaron.* Hoc cum ipso lacte suxi.

Destexar. Retexo, is. *Todo se le và en texer, y destexer.* Quod extruit, destruit. Penelopes tela.

Destilar. Vide *Distilar.*

Destello. Stilla, æ. Vide *Gota.*

Destinar. Destino, as. Vide *Señalar.*

Destino. Consilium, scopus, i.

Destituido. Destitutus. Vide *Falto.*

Destocarse la muger. Capitis velum, sive ornatum sibi detrahere. *Destocada.* Incompta mulier.

Destorcer. Tortum funem dissolvere, retorquere, retexere.

Destral, ò segur. Securis, is.

Destravar. Connexa solvere.

Destreza. Industria, peritia, æ. Dexteritas. *Con destreza.* Peritè, affabrè.

Destripar los peces. Exenterare pisces. *Los terrones.* Occo, as. Glebas confringere, comminuere. *Destripaterrones.* Durus arator.

Destrocar. Commutationem rescindere. Suum cuique mutuò reddere.

Destroncarse. Abrumpi, effringi.

Destrozar. Destruo, perdo, is. *El exercito.* Aciem hostium profligare. Vide *Desbaratar. Destrozado.* Disturbatus, dissipatus, destructus.

Destrozo. Disturbatio, dissipatio. *De las miesses.* Calamitas, tis. *De exercito.* Cædes, clades, strages, is. *Hacer gran destrozo.* Cladem inferre. Magnam stragem dare, edere, facere.

Destruir. Destruo, excindo, everto, is. Vasto, as. Deleo, es, diruo, is, excido, is. *Con las guerras se han destruido muchas Ciudades.* Diuturnis bellis multæ Urbes corruerunt, funditus interierunt, solo aquatæ sunt, eversæ, deletæ funditus excisæ jacent.

No me acabeis de destruir. Ne me perditum perdas, ne præcipitem impellas. Ne fortunarum reliquias mihi adimas, eripias.

Destruicion. Excidium, pernicies, pestis, calamitas, interitus, us. Vastatio, depopulatio, disturbatio.

Destruidor. Eversor, vastator, oris.

Desvalido. Inops ab amicis, nullo potentium præsidio munitus.

Desvàn. Cavum summi tecti.

Desvanecer à uno. Adulatione hominem infatuere, verborum lenociniis mentem illi eripere. *Desvanecerse.* Inani lætitia efferri, exultare, gestire. *Desvanecese me la cabeza.* Vertiginem, patior. Vertigine, afficior, corripior. *Desvanecido como humo.* Ingens ille ardor elanguit, evanuit, in fumum abiit.

Desvanecido. Elatus, ventosus, vanus.

Des-

Desvanecimiento. Elatio animi. *De cabeza.* Vertigo, inis.

Desvariar. Deliro, as. Desipio, is.

Desvario. Deliramentum, delirium.

Desvelarse por algo. In hoc dies, noctesque vigilat. In eam curam incumbit. In id omni studio incumbit. Huic rei unicè laborat. Huc remis, velisque festinat.

Desvelado. Pervigil, is. Insomnis. *Toda esta noche he estado desvelado.* Totam noctem pervigilavi. Noctem totam insomnem duxi.

Desvelo. Pervigilatio, pervigilium. *De cuidado, y diligencia.* Vigilantia, æ.

Desventura. Vide *Desdicha.*

Desventurado. Vide *Desdichado.*

Desverguenza. Impudentia, petulantia, procacitas, tis. *Desverguenzas.* Prætextata verba, obscœna.

Grande es la desverguenza de este. Ad omnia scelera, & flagitia os perfricuit. Omnia pudoris repagula perfregit. In perfricta illius fronte ne vestigium quidem pudoris inest. Ubique os impudentissimum, & importunissimum ostentat.

Desvergonzado. Impudens, inverecundus, procax, petulans, protervus. *Como sois tan desvergonzado?* Quæ tua istæc impudentia tanta est?

Desvergonzarse con alguno. In aliquem debacchari, procaciùs cum illo agere, petulantiùs in illum jocari.

Desvergonzadamente. Impudentèr, procaciter, protervè, petulanter.

Desviar. Amoveo, es. Vide *Apartar.*

Desviarse. Discedo, decedo, is. *De el camino.* De via deflectere.

Desvio, ò desamor. Adversatio, nis.

Desvirar. Soleas scalpro circuncidere.

Desvirtuarse una cosa. Marcesco, languesco, macresco, is. *Desvirtuada cosa.* Exuccus, exanguis, languidus, effœtus. *No está tan desvirtuada la naturaleza, que no produzca ya cosa relevante.* Non est adeò lassa, & effœta natura, ut nihil jam laudabile pariat. *Plin.*

Desunir. Disjungo, is. Vide *Apartar.*

Desunion. Disjunctio. Vide *Discordia.*

Desunir, ò desuncir. Equos, aut boves jugi vinculis exolvere.

Desusarse. Desuesco, is. In desuetudinem abire, absolescere. *Desusada cosa.* Desueta res, nova, inusitata.

Desustanciar una cosa. Succum exprimere, corpus extenuare. *Desustanciarse.* Macrescere, extenuari.

Detener. Detineo, teneo, retineo. Moram alicui afferre. Moror, remoror, aris. Tardo, retardo, as. *Detente.* Gradum contine, fiste. Manum cohibe, iram sustine, animo impera. *Pero ninguna cosa de estas me detuvo, para dexar de castigarle.* Sed nihil horum me tenuit, quin hominem punirem. Nihil horum mihi obstitit, ne ulciscerer. Nihil me impedivit, quo minus injurias persequerer.

Detenerse en algun lugar. Alicubi commorari, morari, immorari, subsistere. *Detenerse por algun respeto.* Cunctor, aris. Cunctantiùs agere. Moras nectere, interponere. *Detencion.* Mora, cunctatio. *Detencion violenta.* Retentio, retardatio.

Detenido. Tardus, lentus, cunctator.

Deteriorado. Detritus, deterior, us.

Determinar. Decerno, statuo, constituo. *Como Juez.* Sancio, censeo, decerno, is. Decretum de aliqua re facere.

Determinado. Vide *Resuelto.*

Determinado estoy à irme. Certum mihi est abire. Constitutum, deliberatum mihi est, in animo est abire. Consilium abeundi suscepi. *Aun no estoy determinado.* Nondum consilium cepi. Nihildum decrevi. Adhuc animus fluctuat. Nondum adducor, ut faciam.

Determinacion. Deliberatio, consilium. *De Juez.* Decretum, sanctio, nis.

Detestable. Detestabilis, execrandus.

De todas partes. Undique.

De todo punto. Del todo. Omnino, prorsus, penitus, funditus.

Detràs. Retro, post, pone. *Detràs de la oreja.* Secundum aurem. *Por detràs.* A tergo. Vide *Trás.*

De través. E transverso, obliquè.

Detrimento. Detrimentum, damnum, i.

Devanar. Glomero, as. Stamen, aut filum in globi formam convolvere.

Devanadora. Harpedene, es. Rhombus, i. Rota glomeratoria.

Devanèos. Deliramenta, orum.

Deudo. Propinquus, affinis; is.

Deuda. Debitum, i. æs alienum.

Con la enfermedad quedè cargado de deudas. Magnum æs alienum mihi morbus attulit. Morbi causa grave æs alienum feci, contraxi, suscepi, in magno ære alieno sum, ære alieno adstrictus, oppressus sum. *Yà paguè mis deudas.* Æs alienum solvi, dissolvi. Nomina explicui, expedivi, dissolvi. Ære alieno liberatus sum. Emersi ex ære alieno. Nihil mihi æris alieni relictum est. Creditoribus satisfeci. *Algunas deudillas me han quedado.* Aliquantulum æris alieni mihi reliquum est, relictum est, solvendum restat. *Salí à pagar las deudas de mis amigos.* Æs alienum amicorum suscepi, in me recepi. Pro amicis spopondi. Amicorum creditoribus ultrò me obnoxium feci.

Deudor. Debitor, oris.

Deuer. Debeo, es. *Hizo su deuer, pero deve lo que hizo.* Officio satisfecit, sed non iis, per quos fecit. Quod debuit præstitit, sed & quod præstitit debet. Partes probè egerat, si iis, per quos egit, satisfeciset. *Los que deuen, siempre andan en trampas.* Obærati fraudibus agunt. Sæpè coguntur mentiri, dolis ludunt, ac eludunt.

Devole mas, que à mis padres. Plura mihi præstitit, quàm parentes. *Devole quanto tengo.* Quidquid habeo, illi acceptum refero.

DEVE de &c. Fortasse. *Deve de hablar de chanza.* Fortasse jocatur. *No devió de dàr el recado el muchacho.* Fortasse puer mandata non exposuit.

DEVE de, pues, &c. Oportet, qui &c. *Deves de aver sido muy gastador en tu mocedad, pues te ha quedado tan poca hacienda.* Prodigum te fuisse oportet in adolescentia, qui ex tot opibus egeas. *No deves de ser para ello, pues te dieron calabazas.* Ineptum te esse oportet, qui repulsam tuleris.

Devèras. Serio, ac verò. *Hablar devèras.* Agere serio, ac verè. *Prometistelo devèras?* Promisisti ex animi sententia? *Ojalà hablàras devèras.* Utinam verbum istud diceres ex animo. *Devèras?* Itane verò? Verène? *Devèras, que està enojado?* Itane verò iratus est? *Devèras, que esso passa?* Itane verò res geritur? *Devèras cierto?* Ita herclè verò?

Devocion. Pietas, religio. *Muevome esto à devocion.* Subit animum hujus loci veneratio, & religio.

Devoto. Pius, religiosus. Pietate insignis, pietatis cultor eximius, religione commendatus. *Es hombre muy devoto.* Vir est apprimè pius, qui suas cogitationes, & consilia ad unum Deum refert. Totum se Deo, ac religionis operibus addixit, devovit, sacravit, dicavit, mancipavit. *Imagen devota.* Imago, vel effigies pietatis cultu celebris, celebrata, frequentata, quæ singulari pietate colitur.

Devotamente. Piè, religiosè.

Dexar lo que està haciendo. Desino, cesso, desisto. *Dexalo.* Desine, cessa, desiste. *No lo dexarè hasta acabarlo.* Non desinam, donec perficiam. Nisi perfecta re, non desistam. *Dexarlo de repente.* Inchoatum abrumpere. *Dexarlo, no hacerlo.* Omitto, is. Supersedeo, es. *No dexò por esso de porfiar.* Non ideo contentione supersedit.

Dexar, ò desamparar. Desero, relinquo,

quo, derelinquo, is. *Antes dexarè la vida, que dexarle.* Animam relinquam potius, quam illum deseram. *Dexòme por heredero.* Hæredem me testamento reliquit. *Aviale de dexar en los cuernos de el toro!* In tanto discrimine illi deessem? Hominem desererem? *Porque dexando à parte què &c.* Nam præterquamquod &c.

Dexar à uno, hacer fuelta de él. Missum aliquem facere. *Dexame por este año.* Missum me fac hoc anno. *Dexemos esto.* Missa hæc faciamus.

Dexarlo por algun tiempo. Intermittere negotia, consuetudinem, litterarum studium. *Pesame de aver dexado de escrivir.* Pœnitet me scribendi intercapedinem ad te fecisse. Pœnitet me intermissæ consuetudinis &c.

Dexarlo para otro tiempo. Differre, rejicere aliquid in aliud tempus. *Yo lo dexo en tus manos.* Ego tibi illud remitto.

Dexar el mundo. Rebus hujus sæculi omnium remittere. *Dexar los oficios pùblicos.* Civilibus officiis renuntiare. *Dexar el cargo.* Magistratum deponere, se magistratu. *O tomele, ò dexele.* Aut agat, aut desistat. *De vergonça dexa de acetarlo.* Pudore tenetur, quo minus accipiat.

Dexar la mala vida. A vitiis se avocare, abstinere. Recipere se ad fugem bonam. Vitia fugere. Vide *Convertirse.*

Dexar à uno fuera. Excludere aliquem. *Por falta de tiempo lo dexamos.* Angustiis temporis excludimur. *Dexo que por tu culpa me echaron en la carcel.* Omitto, prætereo, quod tuo scelere in carcerem conjectus sum. *Dexo esto que es fabroso.* Hujus loci salebras prætereo. *Dexò de tratar esse punto.* Eum locum reliquit integrum. Quæstionem istam prætermisit. *Dexa esto, que no te está bien.* Mitte ista, quæ te non decent.

Dexar algo de las manos. Deponere aliquid de manibus. *Dexar el cuidado, el exercito, el govierno.* Deponere curam, exercitum, provinciam, imperium. *Dexar las amistades, ò enemistades.* Amicitias, simultates, aut inimicitias deponere. *Dexar la carga, el escrupulo, la tema.* Onus, religionem, contumaciam deponere.

Dexar, permitir. Sino, is. Patior, permitto. *Dexamelo acabar.* Sine extrema persequar. *Dexalos que se vayan.* Sine eos abire. Sine abeant, vel ut abeant. *No me dexò entrar.* Non permisit me introire. Aditu me prohibuit. Mihi per illum introire non licuit. *Dexar crecer la barba.* Barbam submittere.

No dexè cosa que leer. Nihil prætermisi, quin legerem. *No dexarè cosa por registrar, ò que no registre,* Nihil prætermittet, quin inspiciat.

AVECES, No dexar es termino diminutivo, v. g. *No dexò de sentirlo.* Id est. *Algo lo sintiò.* Nonnihil doluit. Aliquatenus illum pupugit. *No dexò de alentarse.* Aliquantulum recreatus est. *No dexa de darle cuidado.* Nonnihil solicitudinis illi accelsit. *Ne dexa de tener culpa.* Non omnino culpa vacat. Aliquatenus in culpa est. *No dexè de enfadarme al oirlo.* Non sine stomacho hæc audivi.

Dexacion de bienes. Cessio bonorum, *Hacerla.* Cedere bonis.

Dexado. Languidus, segnis, negligens.

Dexamiento. Languor animi, segnities.

Dexo. Vide *Fin. No pruebes lo que tiene malos dexos.* Quæ migrantes habent caudas, ne gustaveris.

Deceno. Decimus. *Decena, ò decenario.* Denarius numerus. Decem.

Deciembre, ò dicitembre. December, bris.

Decir. Dico, is. Aio, is. Loquor, eris. *Contando algo.* Memoro, commemoro, as. *Decir, ò hablar en pùblico.* Præ dico, as.

Todos dicen bien de él. Perhonorificè de illo loquuntur omnes. Nemo illum nisi honorificè appellat. Vide *Alabar.*

Muchos dicen mal de mi sin causa. Multi me immerito accusant, vituperant, carpunt, insectantur: nullo meo merito me in circulis rodunt, ac vectillant, in me linguam acuunt. Multi falsos de me rumores disipant, jactant. Turpia, & indigna de me loquuntur, in me conferunt. Mihi immerenti obtrectant gravissimè. Vide *Murmurar.*

Todos dicen esto. Versatur hoc in ore omnium. De hac re creber est, & constans omnium sermo. Hæc in vulgus fama manavit. Ita omnes dictant, ita prædicant. Vulgo ita fertur, vulgo dicitur. Omnes id aperte dicunt, jactant, confirmant. Nullus est, qui audeat inficiari.

Por algo lo dicen. Non temere est, quod vulgus dictitat. Non temere fama nasci solet. Cic.

Decir en suma el caso. Rem summatim exponere, strictim dicere, paucis perstringere. *Para decir en suma sus virtudes.* Ut laudes ejus in pauca conferam. *Es hombre que dice, y hace.* Fidelis est, & constans in promissis. Ad rem verba confert.

Decidos he lo què siento. Meum apud te animum testatum relinquam. Dicam ex animo, quod sentio. *No digo cosa, que no la pueda decir delante de Dios, y todo el mundo.* Nihil loquor quod non audeam prædicare. *Esto dice à cada passo.* Hoc passim jactat, frequenter usurpat, crebrò dicit, identidem commemorat.

Decir lo que le preguntan debaxo de juramento. Juramento aliquid confirmare. Testimonium religiosè, sanctèque dicere. *No puedo decir esso con buena conciencia.* Quæ jubes, dicere non possum, impedit religio. *Dixisteis contra mi en el informe.* Aculeum testimonii tui in me convertisti, exeruisti.

Dixele de una hasta ciento. Omnia in illum maledicta contuli, congessi. *Y diciendo, y haciendo desembayno la espada.* Et cum dicto gladium distrinxit. *Bien dice esso con essotro.* Mirificè hoc cum illo convenit, cohæret. *Ello se lo dice.* Res ipsa loquitur.

Digan lo que dixeren, yo lo tengo de hacer. Quidquid de me, meoque facto judicent omnes, efficiam tamen quod proposui. Quidquid vulgus ogganniat, more mihi non erit, quin perficiam. Ut voler, quisque accipiat, propositum tamen exequar, rumorum securus. *Esso se dexò decir?* Hoc dicere sustinuit: Is ausus est effutire? *Dexabase decir algunas cosas, por donde le entendiessemos.* Sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus teneremus. *Como dicen que hacia Socrates.* Ut de Socrate accepimus. Cic.

Di, dime, dilo. Dic, cedo. *Dime una que haya hecho lo que tu hiciste.* Unum cedo authorem tui facti. Cic. *Què ha sucedido? dilo?* Quid factum est? cedo.

Diccion. Dictio, vocabulum, verbum.

Decible cosa. Quod dici potest. *No es decible lo que se huelgan.* Dici non potest, quantopere gaudeant.

Decidor. Dicax, icis. *Era muy decidor, y chocarrero.* Erat dicacitatis plurimæ, & scurrilis. *Hombres decidores son poco graves.* Multum de gravitate decerpunt joci. Hominibus facetis, & dicacibus difficile est servare dignitatem suam.

Decimo. Decimus, a, um.

Dezmar, y Dezmero. Vide *Diezmo.*

Deciseis, Decisiete, &c. Vide *Diez.*

D A N T E L

Dia. Dies, ei. *De fiesta.* Dies festus, divo alicui sacer, dicatus, consecratus. *Dia de entre semana, ù de trabajo.* Profestus dies. *Dia de audiencia.* Comitialis dies. *Dia señalado.* Dictus dies, constitutus. *El menor del año.* Bruma, æ. *El de ayer.* Dies hesternus. *El de oy.* Hodiernus. *El de mañana.* Crastinus. *Mañana,*

na, y essotro dia. Cras, & perendie.

Dia de nacimiento. Natalis, is. *De bautizo.* Dies lustricus. *De mortuorio.* Emortualis dies. *De los difuntos.* Feralia, orum. *Dia de bisiesto.* Intercalaris dies. *Ya es de dia.* Jam dies illuxit. *Al buen dia meterle en casa.* Soli affulgenti aperienda fenestra. *Echèmos à mal este dia.* Comburamus hunc diem. *Aun no se ha acabado el dia.* Nescis, quid serus vesper vehat. *Ya le daré un mal dia, si le topo.* Si offendero, ego illi faciam hunc inauspicatum diem. *Esperar de dia en dia.* Diem ex die expectare. *Un dia antes que &c.* Pridie quam. *Un dia despues que.* Postridie quam.

Dias de holgar, ò de vacaciones. Feriæ, arum. *En que no ay audiencia.* Justitium, ii. *Dias aciagos.* Inauspicati, atri dies. *No son todos los dias unos.* Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca. *Dias ha que te escriví.* Pridem litteras ad te dedi. *Dias ha que trato de dexar el cargo.* Pridem est cum cogito magistratum deponere. *No ha muchos dias.* Haud ita pridem. *Tres dias enteros ha que andamos en esso.* Tres dies sunt ipsi, cum hunc lapidem molimur. *Mas dias hay que longanizas.* Nondum omnium dierum Sol occidit. *De aqui à pocos dias.* Propediem. Post dies non multos. *No en mis dias.* Nunquam, dum vixero, hoc fiet. Non patiar hoc fieri, dum vivam. *Mal dia llevas.* Turbido, ac ventoso die te viæ committis. *Ya es hombre de dias.* Ætate provectus est. *De dia, ò entre dia.* Interdiu, per diem. *De dia, y de noche trabaja en esto.* Die, noctuque, vel dies, nocteque in id incumbit. *El trabajo del dia.* Diurnus labor. *El de cada dia.* Quotidianus.

Diario. Diarium, ephemeris, idis.

Diablo. Diabolus, i. Cacodæmon. *Dar à uno al diablo.* Malè alicui precari, diris alicui illum devovere. *Està dado al diablo contigo.* Totum se à te abalienavit. Iratissimus, & inimicissimus tibi est. *Dexarlo con el diablo.* Abjiciendum procul.

Diacitron. Citreus cortex saccharo conditus.

Diacono. Diaconus, i. Diacon, nis.

Diadema, Corona Real. Diadema, tis. Regii capitis insigne.

Diafano, transparente. Diaphanus, perlucidus, perspicuus.

Dialectica. Dialectica, isagòge, es.

Dialogo. Dialogus, i. *En verso.* Drama, tis.

Diamante. Adamas, antis. *Cosa de diamante.* Adamantinus, a, um.

Diametro. Diameter, vel diametrus, i. Linea figuram, qua longissima est, secans.

Diaquilòn, unguento. Diachylon, onis.

Dibujar algo. Imaginem adumbrare delineare. Prima operis lineamenta ducere. *Dibujo.* Adumbratio, iconographia, æ. *Con que se dibuja.* Graphium, ii. Stylus, li. *Quien te mete en dibujos?* Quid tu ista curas, quæ ad te non pertinent? Quid simultates non necessarias suscipis?

Disciplina con que azotan. Flagellum, verber, eris. *La que toman muchos.* Verberatio, flagellatio. Vide *Disciplina.*

Disciplinarse. Vide *Azotarse.*

Dicha. Felicitas, tis. Fortuna prospera, secunda. *Tiene gran dicha.* Fortuna secunda utitur. Omnia illi peropportunè cadunt, ex sententia cedunt. *Quien tiene dicha en todo?* Quis prospera semper, æqualique fortuna utitur? Cui secundus vitæ cursus sine ulla offensione contingit? *A mucha dicha tengo ir en vuestra compañia.* Felicem me, te socio, tanto viro. *No todos tienen essa dicha.* Non cuivis contingit adire Corinthum. Non omnibus datum est impune dicere, quæ lubeant. *Nunca tengas dicha.* Nihil tibi ex sententia succedat.

Dichoso. Felix, faustus, fortunatus.

Dichosamente. Vide *Prosperamente.*

Dicho. Dictum, i. *De testigo.* Testimonium. *Dicho gracioso.* Dictum elegans, lepidum, salsum, festivum. *Picante.* Facetiæ acerbæ, aculeatæ. Dicterium asperius. *De picaros.* Scurrile dictum, illiberalis jocus. *Sentencioso, y breve.* Apophthegma, tis. *Dicho agudo.* Acutè dictum. *Lindo dicho.* Facetè, scitè, opportunè dictum. *Tiene lindos dichos.* Argutè, & facetè multa dicit. Scitè cavillatur, opportunè jocatur. *Por un dicho perderà un amigo.* Dum dicto sibi plaudit, amicum exturbat. Per jocum amici jactaturam facit. *Dicho, y hecho.* Dictum factum. *De el dicho al hecho ay gran trecho.* Loqui facilè, præstare difficilè.

Dictamen. Mentis sensus, judicium. Rationis norma, dictamen. Naturæ præscriptum. *Dictamenes.* Animi sensa. *Regirse por los dictamenes de su Maestro.* Magistri sui sensa studiosè exprimebat, ab ejus præscriptis non discedebat. *Estan muy engañados todos los que son de esse dictamen, que piensan &c.* Errant vehementer, quotquot in ea sunt hæresi, ut existiment &c. *Rigese por sus dictamenes.* Arbitratu suo ducitur. *Tiene malos dictamenes.* Malus illi afflat genius. Non quod ratio præscribit, sed quod libido suggerit, ratum habet. Libido illi pro ratione est. *El que los tiene buenos.* Qui recta cogitat, rectum intuetur, qui cum ratione agit, qui ratione duce utitur, qui à rationis præscripto non discedit.

Dictar una carta. Epistolam dictare. *Repetir lo que dictò el Maestro.* Dictata Magistri reddere, referre. *Esso dicta la razon.* Hoc ratio præscribit.

Dictador. Dictator, oris.

Diente. Dens, tis. *Los delanteros.* Dentes priores, incisores, tomici, gelasini. *Los de mas adentro.* Genuini dentes, intimi. *Dientes que sobresalen.* Exerti dentes. *El que assi los tiene.* Bronchus, i. *Nacerle à uno los dientes.* Dentes emittere. *Aqui me nacieron los dientes.* Hæc me genuit, atque aluit tellus. *Mas cerca estan mis dientes, que mis parientes.* Mihi magis, quam aliis consulere debeo. *Mostrarle los dientes.* Vultu hominem deterrere, conatibus ejus resistere. *No me entra de los dientes adentro.* Averser hominem. Abhorret animus ab eo. *Valiente por el diente.* Dente, & ventre potens. *Limpiarse los dientes.* Dentes exterere, scalpere. Lentiscum mandare. *A pan duro diente agudo.* Remedio amaro bilem amaram diluere. *Dar diente con diente.* Vide *Tiritar.*

Diestra. Dextera, dextra, æ. *A diestro, y à siniestro.* Dextra, lævaque. Nullo respectu, jure, vel injuria.

Diestro en algun arte. Peritus, experiens, experientissimus. Armorum, & equitandi peritissimus. *Diestro en tirar.* Certo ictu destinata figere solitus. *Llevar el cavallo del diestro.* Funalem equum ducere.

Diestramente. Peritè, ex arte.

Dieta. Victus parsimonia, cibi modus à Medico præscriptus. *Guardar dieta.* Cibo uti moderatè. Modum in victu tenere, à præscripta victus ratione non discedere. *Dieta, jornada.* Iter unius diei. *Dieta en Alemania.* Comitia, orum.

Diez. Decem. *Diez veces.* Decies. *Diez mil.* Decem millia. *Diez mil veces.* Decies millies. *Diez y seis, ò dieciseis.* Sexdecim, vel sedecim. *Diez y siete.* Septemdecim. *Diez y ocho.* Octodecim, vel decem & octo. Vel duo de viginti. *Diez y nueve.* Novemdecim, vel decem & novem, vel uno de viginti.

Diezmo. Decima, æ. *Diezmos.* Decimæ, vel decimæ, arum. *Diezmar, ò dezmar.* Decimo, as. Decimam quamque

partem dare, offerre, detrahere. Decimas dare, solvere. *Tierra de que pagan diezmos.* Decumanus ager. *Diezmero, ò diezmero.* Decimarum collector, receptor. Decumanus, i.

Diezmar los culpados. Decimum quemque ad pœnam sortiri, sorte legere.

Diferencia. Discrimen, differentia. *De pareceres.* Sententiarum diversitas, varietas, dissidium, discrepantia. *Tienen diferencia entre sì.* Inter se dissident, discordant, altercantur. *Sin diferencia.* Promiscuè, indistinctè, indiscriminatim, nullo discrimine. *O con poca diferencia.* Aut non multo secus. *Mucha diferencia ay entre vuestra opinion, y la mia.* Magnum quiddam interest inter tuam, meamque sententiam. Magnum est utriusque discrimen, non leve dissidium. Tua sententia à mea longè dissat, valde discrepat.

Diferenciar. Vide *Distinguir.*

Diferenciarse de otro. Ab alio differre, distare, discrepare, abhorrere.

Diferente cosa. Alius, diversus, dissimilis, differens. *Diferentes obligaciones son las de un Capitan particular, que las de un General.* Aliæ sunt partes Ducis, aliæ Imperatoris. Aliæ sunt partes Ducis, atque Imperatoris. *Estas desemejanzas proceden de diferentes causas.* Hæ dissimilitudines ex causis differentibus exsistunt.

Diferentemente. Aliter, secus. *Muy diferentemente.* Longè aliter, multò secus. *Diferentemente llevas los trabajos de lo que aconsejas à otros.* Aliter cætus tuos fers, atque ut aliis author fuisti. *Diferentemente porfiamos por cortesìa, que por tema.* Aliter urbanitatis, aliter pervicaciæ causa contendimus. *Diferentemente lo cuentas, que de antes.* Paulo secus narras, quàm dudum, vel ac dudum.

Diferir. Vide *Dilatar, y diferenciarse.*

Difícil cosa. Difficilis, ardua res.

Dificultad. Difficultas, tis. *Por mi no avrà dificultad.* Nulla à me difficultas erit. *Ponerla.* Difficultatem afferre. Rem in dubium vocare. *Hallarla.* In difficultatem incurrere, incidere, delabi.

Mucha dificultad tiene este negocio. Plurimum res habet difficultatis, plurimum negotii, ac laboris. Laboriosa res est, ac difficilis. Res est operis non exigui, sed magni negotii, ac laboris. Ejusmodi res est, quæ non facilè expediri possit, non exiguo labore confici. Rem molimur magni operis, ac negotii. Arduam, & periculosam provinciam suscipimus.

La dificultad es freno de covardes, y espuela de valientes. Timidos, & ignavos deterret difficultas, fortes, & animosos accendit. *Pones dificultad, donde no la ay.* Nodum in scirpo quæris. *Luego aqui viene à batir toda la dificultad.* Ergo huc universa causa deducitur. Hic est totius difficultatis cardo. *Espero salir bien de esta dificultad.* Spero fore, ut ex his tricis, verborumque captionibus me subtiliter expediam. Confido fore, ut ex his quæstionis laqueis facili negotio evadam.

En gran dificultad nos vemos. In magnam difficultatem incurrimus, devenimus, delapsi sumus. In Gordianum nodum incidimus. Rei expediendæ perdifficilis ratio est. In magna difficultate sumus, versamur. In scopulos impegimus. Inter saxum, & saxum constituti sumus, inter malleum, ut aguat, & incudem. Per extentum funem imus. Hæremus quasi in salebra. Teneamur undique.

No hallo salida à esta dificultad. Hic mihi aqua hæret, nullum patet effugium. Hunc nodum solvere non valeo. Alexandri gladio opus est, ut præcidatur.

Dificultar algo. Rem sibi difficilem videre, in dubium vocare.

Dis-

Dificultosa cosa. Difficilis, e. *Dificultoso se me hace.* Arduum mihi, ac difficilè videtur. Res est, ut censeo, multi oneris, ac laboris. *Lo que es muy dificultoso, se ha de tener por imposible.* Quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sunt, ac si fieri non possint. Cic.

Dificultosamente. Difficilè, difficultèr, ægrè, laboriosè, vix.

Difinir. Definio, is. Vide. *Definir.*

Difinicion. Definitio, onis.

Difundir. Diffundo, is. Spargo, is.

Difusamente. Fusè, diffusè, prolixè.

Difuso. Verbosus, prolixus, longior.

Difunto. Mortuus, qui excesit è vita. Qui vita functus est. Defunctus, i.

Digerir. Digero, is. Concoquo, is. *No pudo digerir esta pesadumbre.* Hanc molestiam concoquere non potuit.

Digestion. Concoctio, digestio, nis. *Negocio de mala digestion.* Res controversiis implicata, non pravi laboris, ac negotii.

Digestos. Digesta juris volumina.

Digno. Dignus, a, um. *Digno es de toda alabanza.* Dignus est omni laude. Dignus, quem omnes laudent, summis laudibus efferant. Dignus est, qui maximè laudetur, laudibus cumuletur. Omni laude cumulandus est.

Dignidad. Dignitas, honor. Vide *Puesto.*

Dignarse. Dignor, aris.

Digression. Diverticulum. Excursio, excursus, us. Vide *Proposito.*

Dilatar. Differo, ers. Rejicere aliquid in aliud tempus. Solutionem prorogare, rem procrastinare. *De dia en dia.* Diem ex die differre, moras nectere. *Los terminos del Imperio.* Fines imperii propagare, producere, dilatare. Vide *Alargar.*

Dilatarse en algo. Vide *Esplayarse.*

Dilacion. Dilatio, mora, æ. *De tiempo.* Temporis prorogatio, propagatio. Procrastinatio, comperendinatio, nis.

Dilatadamente. Longè, latèque. Fusè.

Diligente. Diligens, strenuus, impiger. *En lo que le encargan.* Officiosus, sedulus.

Diligencia. Diligentia, æ. Sedulitas. Vigilantia, industria, solertia, æ.

Pondrè en esto toda diligencia. Quam potero diligentissimè hanc rem geram, curabo. Quàm potero acuratissimè id administrabo. Omnes in eam rem nervos contendam. Quanta potero diligentia conabor, quoad potero enitar, quanta potero accuratione efficiam, ut res ad exitum perducatur. Vide *Cuidado.*

Hace muchas diligencias por bolver à la amistad, pero en vano hasta ahora. Valdè quidem contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil proficit. *La diligencia es madre de la buena ventura.* Diligentia, & studium felicitatem procreant. Conatus, & industria fortunatos faciunt. Industriæ fortuna accedit.

Diligenciar. Paro, curo, as. Quæro, is.

Diligentemente. Diligentèr, studiosè, strenuè, accuratè, navitèr, impigrè.

Diluvio. Eluvio terrarum. Mira proluvies. Cataclysinus, diluvium, inundatio.

Dimissoria. Litteræ dimissoriæ.

Diminucion. Imminutio, diminutio, nis.

Diminutivo. Diminuens, tis.

Dinero. Nummus, i. Nomisma, vel nummisma, tis. Pecunia, æ. *Mucho dinero.* Nummorum affluentia, copia. *Por què no haces algo con esse dinero?* Quin pecuniam occupas, & exerces? Quid illam vacuam, & otiosam habes? *El dinero bien huele, salga de donde saliere.* Lucri bonus odor ex re qualibet. *Dinero de contado.* Pecunia numerata. Argentum præsentarium. *O lo que puede el dinero!* Magna ubique est argenti, & auri potentia. Et genus, & formam regina pecunia donat. *Por dinero bayla el perro.* Pecu-

niæ

niæ obediunt omnia. *Tiene mucho dinero.* Magnam vim habet auri, atque argenti. Grandem pecuniæ summam coegit. Pecuniæ innumerabilis congesit acervos. Pecuniosus homo est, bene nummiosus.

Dinerillo. Pecuniola, æ. *Corre poco dinero.* In magna nummorum difficultate versamur. Mira est nummorum penuria, incredibiles angustiæ.

Dios. Deus. Divinum numen. Naturæ parens. Mundi creator, & rector.

Dios hizo este mundo, y todas las cosas. Rerum omnium conditor, & creator est Deus, mundi opifex, artifex, parens, & author. Ipse cuncta ex nihilo creavit, excitavit, condidit, finxit, formavit. *El es Señor de todas ellas.* Ipse rebus omnibus præest, imperat, dominatur. Omnia sunt in ejus potestate, & arbitrio. Ab ejus voluntate, nutu, & imperio pendent universa. *Y las govierna.* Omnia regit omnipotens, temperat, moderatur, administrat. Omnia divino consilio, ac providentia geruntur. Unus est Deus humanarum, divinarumque rerum moderator, & rector, qui sine labore ullo cuncta regit, & gubernat providentiæ suæ clavo.

No ay hombre tan barbaro, que no tenga alguna noticia de Dios. Nullus tam immanis, & barbarus reperietur, cujus mentem non imbuerit aliqua divini numinis opinio, qui nullam vim cœlestem existimet. Dei cognitionem in omnium, etiam barbarorum, animis impressit ipsa natura. Ipsa hominum mentibus insculpsit, ut esse Deum crederent. Causam rerum omnium efficientem, à qua, velut fonte, omnia dimanant, nemo adeo ferus est, agrestis, & barbarus, quin esse sentiat & ipsa natura prælucente non agnoscat, veneretur, adoret.

Ante todas cosas debemos honrar, y venerar à Dios. In primis Deum Optimum Maximum sanctè, religiosè, castè, & piè venerari, & colere debemus. Summa pietate, cultu, & veneratione divinum numen prosequi, adorare, revereri, & observare par est.

Mira que te mira Dios. Cogita intuentem te ubique Deum, & tuis vel tacitis cogitationibus oculatissimè intentum. Attende Numen intimos animi tui recessus, & latebras introspicere. Memineris in conspectu Dei, curiæque cœlestis luce te versari, nec fieri posse, ut Deum fallas, aut eludas.

A Dios, y à ventura. Deo, & fortunæ me committo. Deus, & fortuna mihi adsint. *Si te sucediere, lo que Dios no quiera.* Siquid tibi acciderit, quod absit, quod Deus avertat, quod Divi prohibeant. *Llamar, ò invocar à Dios.* Deum appellare, invocare, Dei opem implorare, auxilium exposcere, exorare. *A Dios rogando, y con el mazo dando.* Deus facientes adjuvat.

Dios me libre de èl. Deus à me illum quàm longissimè amandet. *Dios se lo pague.* Deus illi pro meritis retribuat, mercedem à Deo accipiat. *Si Dios me faca de esta.* Si nunc contingat servari. *No me haga Dios bien, si tal hiciere.* Iratum mihi numen precor, si fecero. Aversum mihi numen imprecor, si repetam.

Dios te guarde. Salvus sis precor, & incolumis. Salvare te jubeo. Salve. *Siendo Dios servido. Queriendo Dios. Si Dios es servido. Si Dios quiere.* Deo annuente, Deo duce, Deo auspice. Si Deus velit, si Dii volent. Deo volente. Divino aspirante numine. *Con el favor de Dios detuve à los enemigos.* Divino auxilio tectus, munitus, fultus, innixus, hostium impetum sustinui, retardavi, compressi. *A Dios, y veamonos.* Vale, sed ut brevi redeas.

Diosa. Dea, æ. Diva, æ.

Diputado. Delegatus, destinatus.

Diputados. Legati, orum.

Diques. Moles aquis oppositæ.

Dirigir. Vide *Encaminar.*

Discantar sobre algo. Subtiliùs de re aliqua disserere. Rem augere, amplificare, expolire, exornare.

Discante. Chelis exigua.

Discernir. Discerno, is. Dispiscio, is.

Discreto. Prudens, circunspectus. *En hablar.* Disertus, lepidus, opportuni sermonis, tempestivus eloquio, qui loco, & tempore loquitur, scitè & commodè dicit.

Discrecion. Prudentia, intelligentia, æ. *En hablar.* Sermonis opportunitas. *Aun no ha llegado à edad de discrecion.* Nondum puero rationis lumen affulsit.

Discretamente. Prudenter, scitè, commodè, opportunè. Loco, & tempore.

Discipulo. Discipulus, i. Alumnus disciplinæ. Auditor magistri.

Disciplina militar. Disciplina militaris. *Bien disciplinado.* Probè exercitatus. Vide *Disciplina.*

Discolo. Discolus, pravus, difficilis.

Discorde. Discors, dis. Discrepans, tis.

Discordar. Dissentio, dissideo, discrepare, discedere ab aliquo, vel inter se.

Discordancia. Discrepantia, æ.

Discordia. Discordia, æ. Dissensio, dissidium, ii. Animorum disjunctio. *Sembrar discordias entre ellos.* Aliquos inter se committere, odium & inimicitiam inter illos conflare, excitare. Alterum alteri criminari, eos in contentionem abducere, vocare.

Viven en perpetua discordia. Sententiis perpetuo dissident, discrepant, discordant, dissentiunt. Magnum est inter eos opinionum dissidium. Diversi abeunt in studia sua quisque. Perpetua illos tenet sententiarum dissensio. Perpetua discordia laborant.

Discrepar. Discrepo, as. *No discrepa uno de otro un punto.* Nihil discrepant, nihil differunt. Vide *Diferenciarse.*

Disculpa. Excusatio, causa, æ. *Que disculpa daba de su resolucion tan loca?* Quam causam dementissimi sui consilii afferebat? *Tu santa vida, es tu mayor disculpa.* Integritas tua te purgat.

Disculparse. Purgare se. Objectum sibi crimen diluere. Se ab opposita calumnia vindicare, defendere. Calumniam à se depellere. *Disculpar à otro.* Defendere aliquem, extra culpam ponere. *Disculpar los yerros de otro.* Errata ejus elevare, errores deprecari.

Discurrir. Ratiocinor, aris. Secum aliquid cogitare, excogitare, meditari, commentari, mentis acie investigare. *Discurrir mucho en una materia.* Diu, multumque de re aliqua cogitare. *Discurre un buen consejo que darme.* Suscipe cogitationem, quidnam mihi agendum putes. *Discurrir en la ocasion.* Capere consilium in arena.

Discurrir por varias partes. Discurro, is. Vagor, aris. Diversa loca peragrare.

Discurso. Ratiocinatio, cogitatio, meditatio, commentatio, nis. *Alcanzar algo por discurso.* Cogitatione aliquid assequi. Excogito, as. Invenio, is.

Disenteria. Disenteria, æ.

Disfamar. Vide *Infamar.*

Disfavor. Despectus, us. Repulsa, æ. *Decir, ò hacer algun disfavor.* Aliquid in contemptum hominis dicere, facere.

Disforme. Enormis, e. Immanis, e.

Disfraz. Persona, æ. Larva, æ. Simulatio, nis. *Con este disfraz.* Hac larva, hac specie. *Dexar el disfraz.* Personam deponere. Simulationem exuere.

Disfrazado. Personatus, in sui dissimilitudinem compositus.

Disfrazarse. Alienam personam induere, fingere, simulare. *Disfrazarse con varios.* Consilia sua aliena specie occultare.

Disgustar à uno. Aliquem exacerbare, offendere. Vide *Enfadar. No disgusta de la lisonja.* Non abhorret à verborum lenociniis. Non aversatur, non respuit adulationem. Non displicent illi assentatiunculæ. Non ingrata illi accidunt verborum blandimenta.

Disgusto. Offensio, aversatio. *Mostrarle.* Offensionem præseferre. Vultu aliquid aversari, aspernari. Os ab aliquo avertere. *Huvo no se que disgusto.* Nescio quid offensionis accidit. *El disgusto parò en discordia.* Offensio in dissidium abiit.

Dislate. Ineptiæ, arum.

Disminuir. Imminuo, is. Diminuo, is.

Disparar. Explodo, is. Displodo, is.

Disparate. Deliramentum, i. Ineptiæ, arum. *Es disparate quanto dices.* Aliena omnia sunt, quæ affers, à re propositâ. Ad ineptas abis, quæ ad rem non pertinent. Quid Iecytho cum strophio? Quid cum amaracino tui? Quid hæc ad nos? *Tal disparate te ha passado por el pensamiento?* Miror, quomodo tàm ineptum quidquam potuerit tibi venire in mentem?

Dispensar con alguno. Legibus aliquem solvere. *En algun voto.* Voti Religione aliquem solvere.

Dispensacion. Juris communis relaxatio, dispensatio, nis. *En que huvo engaño, ò yerro.* Subreptitia, vel obreptitia. *Dispensacion de voto.* Voti relaxatio.

Disponer. Dispono, is. Vide *Ordenar.*

Disponer de su hacienda. Res suas dispensare, disponere. *Si Dios no dispone otra cosa.* Nisi fata obstent. Nisi Deo aliud placeat. *Disponerse para algo.* Vide *Aparejarse.*

Disposicion de cosas. Ordo, series, dispositio, methodus, collocatio. *De salud.* Valetudo, inis. *Del animo.* Affectio, nis. *De gentil disposicion.* Præstanti corporis habitu.

Dispuesto, aparejado. Paratus, promptus. *No està esto bien dispuesto.* Non hæc aptè disposita, aut collocata sunt.

Disputa. Disputatio, quæstio, dissertatio, disquisitio, disceptatio, concertatio. *Muy reñida.* Contentiosa, & plena dissensionis. *Meter algo en disputa.* Rem in medium vocare, in controversiam, aut contentionem adducere. *Muy mettido en disputa en un corro de gente.* In adstantium corona dissertabundus. *Dexemos esta disputa tan reñida.* Ab hac contentione disputationis animos nostros, curamque laxemus. *Bien larga, y reñida fuè la disputa.* Nimium diu nos tenuit controversiæ contentio.

Disputar. De re aliqua disputare, disceptare, argumentari, controversari. Rem in contentione ponere. Quæstionem in utramque partem agitare, discutere. *Disputar de cosas inutiles.* De lana, ut aiunt, caprina, aut asini umbra digladiari.

Dissension. Vide *Discordia. Componer las dissensiones.* Lites, & contentiones dirimere. Controversias distrahere.

Dissimular. Dissimulo, as. Dolorem premere. *Dissimular el contento.* Gaudere in sinu. *No podia dissimular el contento.* Gaudium continere non poterat.

Dissimular en algunas cosas, y no llevarlo todo por sus cabales. Quibusdam in rebus convenire oportet, ne omnia contendamus. *Por què dissimulais à veces tan grandes maldades?* Cur in maximis sceleribus interdum connivetis?

Dissimulacion, ò dissimulo. Dissimulatio, conniventia, æ. *Dissimuladamente.* Dissimulanter, obliquè, obscurè.

Dissimulador. Dissimulator. *Hombre dissimulado.* Tectus, versutus, versipellis.

Dissipar. Vide *Desperdiciar.*

Dissolucion. Nequitia, lascivia, petulantia, æ. *Mucho và de recreacion à dissolucion.* Solvas animum, an remittas, multum interest.

Dissoluto. Homo nequam, lascivus, petulans, dissolutus.

Dissonar. Dissono, as. Discrepo, as. *Dissonante.* Dissonus, absurdus. *Dissonancia.* Discrepantia, æ. Inconcinnitas, tis. *No te hace esto dissonancia?* Non tibi hoc absurdum, & absre videtur? Non tibi hoc indecorum, & turpè purus? Non à gravitate, & modestia alienum censes?

Dissuadir. Dissuadeo, dehortor, aris. Vide *Mudar de parecer.*

Distar. Disto, as. Disitum esse.

Distancia. Distantia, æ. Intervallum, i. *Larga distancia.* Longinquitas, tis.

Poca distancia ay de un lugar à otro. Duo illa oppida non longo intervallo distant, non longe disita sunt. Exiguum spatium inter utrumque jacet, non longe absunt.

Distante. Distans, disitus, longinquus.

Distilar. Distillo, as. Destillo, as.

Distilacion. Distillatio, fluxus, us.

Distinguir. Distinguo, is. Alterum ab altero secernere, separare, discernere, sejungere. *La clausula.* Interpungo, is. Punctis periodum distinguere.

Distincion. Distinctio, discrimen. *De la clausula.* Interpunctio. *Sin distincion.* Indistinctè, promiscuè, indiscriminatim, nullo discrimine. *No hizo distincion entre lo grande, y lo pequeño.* Omnia infima summis paria fecit. Summa, & infima promiscue habuit, eodem jure censeri voluit.

Distintamente. Distinctè, dispositè, discriminatim. *Hablar distintamente.* Articulatim, aut articulatè loqui, explicare.

Distraer. Avoco, as. Abduco, is. *El trato demasiado con los proximos, distrae al Religioso.* Consuetudo cum hominibus frequentior religiosum abducit ab officio, à rerum divinarum contemplatione revocat, & secularibus curis implicat.

Distraerse, ò divertirse en la oracion. Animus à divinis facilè ad humana deficit, ad terrena devolvitur. Dum mens in cœlum tendit, terram sæpè pro patria cogitat, terram subinde respicit, per inania se effundit, ac vagatur, in varias partes trahitur, levitate sua rapitur, & errat; quærit se, nec invenit, dum terrenis afficitur, ac deluditur.

Distraccion. Mentis aberratio, evagatio. *Distraido en vicios.* Corruptis moribus adolescens. Vide *Perdido.*

Distribuir. Distribuo, divido, is. Partior, iris, dispertior. *Distribuir de diez en diez.* Decurio, as. *De ciento en ciento.* Centurio, as.

Distribucion. Distributio, divisio, nis. *Distribuidor.* Distributor, oris.

Distrito. Tractus, us. Territorium, ii. *Disturbio.* Turba, æ. Tumultus, us.

Ditamo, yerva. Dictamus, vel dictamnus, i. Dictamum, vel dictamnum, i.

Diverso. Diversus, disimilis, longè alius. *Totalmete diverso.* Omnino diversus, contrarius. Patri per omnia disimilis. *Huvo diversos pareceres.* Variatum est sententiis. In sententiis dicendis alius aliò abiit.

Diversidad. Diversitas, varietas, dissimilitudo, inis. *Diversamente.* Diversè, disimiliter.

Divertir à uno. A curis, & negotiis aliquem avocare, avertere, abducere. *Divertir la platica.* Sermonem aliò trahere, transferre.

Divertirse de proposito à otra cosa. Digredi à re propositâ. Ab eo, quod proposuerat, parumper discedere, ad alia divertere, excurrere, aberrare. *Divertirse à caso.* Mente, & animo vagari, divagari. Aliud agere, alias res agere. *Hago del divertido.* Simulo me alias res agere.

Divertome de osto. A molestis occupationibus ad has nugas abeo. Per hæc oble-

obiectamente animum laxare juvat, & liberè respirare. Hanc aberrationem à molestiis habeo. Expedio me ab his, quibus distineor, negotiis, & dum allis remissiùs intendo, mihi ab omnibus vacare videor. Curis vacuum per hæc amæna vagari, & spatiari juvat.

Divertimiento de proposito. Digressio à re proposita, diverticulum, excursio. *Divertimiento à caso.* Mentis evagatio. *Por desahogo.* Relaxatio animi. Vide *Entretenimiento.*

Dividir. Divido, is. Partior, dispertior, iris. *Divideſe en tres partes.* Trifariam dividitur. Tribus partibus constat. In tres partes distrahitur, distribuitur. Tres partes continet, complectitur. Tribus partibus absolvitur.

Division. Divisio, partitio, nis. *De lo que ſe corta.* Sectio, nis. *De aguas corrientes.* Aquarum divortium.

Divisible. Dividuus, a, um.

Divieſo. Pannus, i.

Divina coſa. Divinus. Cœlestis, e.

Divinidad. Divinitas, tis. Divina natura. Divinum numen.

Divinamente. Divinè. Divinitus.

Diviſa. Insigne, is. Emblema, tis.

Diviſar. Discerno, is. Dispicio, is.

Divorcio. Divortium, ii. Discessio à conjuge per disidium. *Hacerle.* Divortium facere. A conjuge per disidium discedere. Tuas tibi res habeto.

Divulgar. Divulgo, as. Prædico, as. In lucem, aut in vulgus aliquid proferre, in lucem prodere. *Divulgarſe algo.* Rumore, aut fama aliquid in vulgus spargi, emanare, publicari. Manare in publicum rei alicujus famam, permanare, percrebescere in civitate, vagari, celebrari, pervagari.

Dixes de niños. Crepundia, orum. Sigilla, orum. Bulla, æ.

Diziembre, mes. December, bris.

D ANTE O.

Doblar, ò doblegar. Flecto, inflecto, is. *Doblar la punta el Piloto.* Navem aliquò flectere. *Doblar la poſtura, dar doblado.* Pretium duplicare, in duplum augere, adjicere. *Doblado mas coſtò.* Duplo pluris constitit.

Doblar la hoja. Folium plicare, complicare. *Doblemos aqui la hoja.* Sed hæc hactenus, quæ mox suo loco repetam. *No darà à doblar ſu brazo.* Ejus animi robur nulla vi frangitur.

Doblar por algun muerto. Funesto alternante pulsu, cymbala quatere, feralemque memoriam, & emortualem diem edicere, enuntiare. *Dobles de campana.* Creber campanæ pulsus. *Coſa que ſe dobla.* Flexibilis, plicatilis.

Doblada coſa. Duplus, a, um. *De dos dobleces.* Duplex, icis. *Hombre doblado.* Varsutus, vafer, versipellis. *Doblado.* Bis totidem. *Doblèz, ò pliegue.* Plicatura, æ. *Doblèz, aſtucia.* Versutia, vafrities. *Tratar con doblèz.* Astu, aut fraudibus agere.

Dobladura. Inflexio, nis. *La de la pierna.* Poples, itis. *En las beſtias.* Suffrago, inis.

Doblòn. Nummus aureus duplus. *De à quatro.* Quadruplus. *De à ocho.* Octuplex.

Docil. Docilis, habilis ad docendum.

Docilidad. Docilitas, tis.

Docto. Doctus, eruditus, litteris perpolitus, doctrina excultus liberali, & exquisita. Optimarum artium scientia clarissimus. Homo antiquitatis peritissimus. Non vulgari eruditione præditus. Politioris litteraturæ cultu insignis. Liberalium disciplinarum cultor egregius, eruditione exquisita. In omni disciplinarum genere, liberalique doctrina summa cum laude versatus. Omni scientiarum cultu perpolitus.

Doctri-

Doctrina. Doctrina, æ. Dogma, tis. Disciplina, æ. *Chriſtiana.* Fidei rudimenta.

Doctor. Doctor, oris. Laurea, & magisterii apice insignitus, decoratus, ornatus.

Documento. Documentum, i.

Dogal. Funis cannabinus.

Dogma. Dogma, dogmatis. Vide *Doctrina.*

Doleſe. Doleo, condoleo, es. *Dueleme de tu trabajo.* Doleo tuam vicem. *Dueleme la cabeza.* Caput mihi dolet. Capitis dolore afficior. *Ningunos remedios duelen tanto, como los que ſanan las heridas.* Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tàm faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. *Yà ves quan poco me duele el gaſtar.* Vides, quàm non ægrè sumptum faciam.

Dolencia. Corporis affectio prava.

Doliente. Æger, gri. Ægrotus, i.

Dolor. Dolor, oris. *Cauſar dolor.* Dolorem facere, afferre. Dolore, afficere. Dolorem excitare, suscitare. *Movido mas de dolor, que de mala voluntad, le dixo una mala palabra.* Dolenter magis, quàm inimicè, illum verbo læsit.

Dolor de cabeza. Capitis dolor. Cephalæa, æ. *De coſtado.* Lateris compunctio. Pleuritis, idis. *De tripas.* Colicus dolor. Ileus, ei. Volvulus, i. Vide *Torzòn. Dolor de ijada.* Ilium dolor, cruciatus. *De riñones, ò piedra.* Renum morbus. Nephritis, idis. *Tiene dolor de riñones.* Laborare renibus.

Padezco grandes dolores. Dolores, cruciatusque multos fero, perfero, patior, substineo. Doloribus disrumpor. Angor, premor, opprimor, torqueor, crucior, conficior dolorum magnitudine. Morsus, stimuli, aculei dolorum me undique premunt, lacerant, lancinant, fatigant, atque ita pungunt, ut respirare non sinant. *Grande es el dolor de mi corazon.* Discrucior animi dolore. Hæret animo infixus dolor acerbissimus. Mœror me quotidie macerat, & conficit. Animi dolore tabesco. Ardeo, crucior, maceror, consumor animi dolore gravissimo.

Con vueſtras cartas ſe me quitò el dolor, y pena que tenia. Tuis litteris recreatus sum, & ab omni molestia liberatus. Illæ mihi dolorem eripuerunt, ademerunt, mœrorem lenierunt, absterserunt, exhauserunt. Vide *Deſpenar.*

Dolorido. Dolore affectus, dolens.

Doloroſo. Dolorificus, acerbus.

Dolo. Dolus, i. Vide *Engaño.*

Domar, ò domeñar. Domo, as. Edomo, perdomo. *No ay domeñarle.* Indomabilis est. Frangas citius, quàm corrigas, quæ in pravum indurverunt.

Domador. Domitor, debellator, oris.

Domeſtico. Domesticus, a, um.

Domeſticar. Vide *Amanſar.*

Dominar. Dominor, aris. Gerere se pro Rege. *Dominante.* Dominans, tis.

Dominio. Dominium, ii. Imperium, potestas. Jus de re disponendi. *Tiene dominio ſobre ſi.* Natura illum tibi, quasi regem, constituit. Nescio quo fato tibi dominatur. Ad ejus obsequium natus esse videris.

Domingo. Dominica dies. *Dominguillo de toros.* Pila, æ.

Don. Donum, i. Munus, eris.

Donacion. Donatio, nis.

Donativo al Rey. Honorarium, ii.

Donado. Religiosus famulus.

Donayre en decir. Facetiæ, arum. Sermonis festivitas. Lepos, oris, Sales, ium. *Donayre, ò ayre.* Venustas, tis. Elegantia, æ.

Donoſo. Bellus, lepidus, facetus, festivus, falsus. *Donoſura.* Lepiditas, festivitas, tis. *Donoſa fuè vueſtra deſemboltura.* Bene, & naviter impudens fuisti. *Donoſamente.* Bellè, festivè, lepidè, facetè.

Donde. Ubi, vel Quo, vel Unde. *No-*

obiectamente animum laxare juvat, & liberè respirare. Hanc aberrationem à molestiis habeo. Expedio me ab his, quibus distineor, negotiis, & dum allis remissiùs intendo, mihi ab omnibus vacare videor. Curis vacuum per hæc amæna vagari, & spatiari juvat.

Divertimiento de proposito. Digressio à re proposita, diverticulum, excursio. *Divertimiento à caso.* Mentis evagatio. *Por desahogo.* Relaxatio animi. Vide *Entretenimiento.*

Dividir. Divido, is. Partior, dispertior, iris. *Divideſe en tres partes.* Trifariam dividitur. Tribus partibus constat. In tres partes distrahitur, distribuitur. Tres partes continet, complectitur. Tribus partibus absolvitur.

Division. Divisio, partitio, nis. *De lo que ſe corta.* Sectio, nis. *De aguas corrientes.* Aquarum divortium.

Divisible. Dividuus, a, um.

Divieſo. Pannus, i.

Divina coſa. Divinus. Cœlestis, e.

Divinidad. Divinitas, tis. Divina natura. Divinum numen.

Divinamente. Divinè. Divinitus.

Diviſa. Insigne, is. Emblema, tis.

Diviſar. Discerno, is. Dispicio, is.

Divorcio. Divortium, ii. Discessio à conjuge per disidium. *Hacerle.* Divortium facere. A conjuge per disidium discedere. Tuas tibi res habeto.

Divulgar. Divulgo, as. Prædico, as. In lucem, aut in vulgus aliquid proferre, in lucem prodere. *Divulgarſe algo.* Rumore, aut fama aliquid in vulgus spargi, emanare, publicari. Manare in publicum rei alicujus famam, permanare, percrebescere in civitate, vagari, celebrari, pervagari.

Dixes de niños. Crepundia, orum. Sigilla, orum. Bulla, æ.

Diziembre, mes. December, bris.

D ANTE O.

Doblar, ò doblegar. Flecto, inflecto, is. *Doblar la punta el Piloto.* Navem aliquò flectere. *Doblar la poſtura, dar doblado.* Pretium duplicare, in duplum augere, adjicere. *Doblado mas coſtò.* Duplo pluris constitit.

Doblar la hoja. Folium plicare, complicare. *Doblemos aqui la hoja.* Sed hæc hactenus, quæ mox suo loco repetam. *No darà à doblar ſu brazo.* Ejus animi robur nulla vi frangitur.

Doblar por algun muerto. Funesto alternante pulsu, cymbala quatere, feralemque memoriam, & emortualem diem edicere, enuntiare. *Dobles de campana.* Creber campanæ pulsus. *Coſa que ſe dobla.* Flexibilis, plicatilis.

Doblada coſa. Duplus, a, um. *De dos dobleces.* Duplex, icis. *Hombre doblado.* Varsutus, vafer, versipellis. *Doblado.* Bis totidem. *Doblèz, ò pliegue.* Plicatura, æ. *Doblèz, aſtucia.* Versutia, vafrities. *Tratar con doblèz.* Astu, aut fraudibus agere.

Dobladura. Inflexio, nis. *La de la pierna.* Poples, itis. *En las beſtias.* Suffrago, inis.

Doblòn. Nummus aureus duplus. *De à quatro.* Quadruplus. *De à ocho.* Octuplex.

Docil. Docilis, habilis ad docendum.

Docilidad. Docilitas, tis.

Docto. Doctus, eruditus, litteris perpolitus, doctrina excultus liberali, & exquisita. Optimarum artium scientia clarissimus. Homo antiquitatis peritissimus. Non vulgari eruditione præditus. Politioris litteraturæ cultu insignis. Liberalium disciplinarum cultor egregius, eruditione exquisita. In omni disciplinarum genere, liberalique doctrina summa cum laude versatus. Omni scientiarum cultu perpolitus.

Doctri-

Doctrina. Doctrina, æ. Dogma, tis. Disciplina, æ. *Chriſtiana.* Fidei rudimenta.

Doctor. Doctor, oris. Laurea, & magisterii apice insignitus, decoratus, ornatus.

Documento. Documentum, i.

Dogal. Funis cannabinus.

Dogma. Dogma, dogmatis. Vide *Doctrina.*

Doleſe. Doleo, condoleo, es. *Dueleme de tu trabajo.* Doleo tuam vicem. *Dueleme la cabeza.* Caput mihi dolet. Capitis dolore afficior. *Ningunos remedios duelen tanto, como los que ſanan las heridas.* Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tàm faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. *Yà ves quan poco me duele el gaſtar.* Vides, quàm non ægrè sumptum faciam.

Dolencia. Corporis affectio prava.

Doliente. Æger, gri. Ægrotus, i.

Dolor. Dolor, oris. *Cauſar dolor.* Dolorem facere, afferre. Dolore, afficere. Dolorem excitare, suscitare. *Movido mas de dolor, que de mala voluntad, le dixo una mala palabra.* Dolenter magis, quàm inimicè, illum verbo læsit.

Dolor de cabeza. Capitis dolor. Cephalæa, æ. *De coſtado.* Lateris compunctio. Pleuritis, idis. *De tripas.* Colicus dolor. Ileus, ei. Volvulus, i. Vide *Torzòn. Dolor de ijada.* Ilium dolor, cruciatus. *De riñones, ò piedra.* Renum morbus. Nephritis, idis. *Tiene dolor de riñones.* Laborare renibus.

Padezco grandes dolores. Dolores, cruciatusque multos fero, perfero, patior, substineo. Doloribus disrumpor. Angor, premor, opprimor, torqueor, crucior, conficior dolorum magnitudine. Morsus, stimuli, aculei dolorum me undique premunt, lacerant, lancinant, fatigant, atque ita pungunt, ut respirare non sinant. *Grande es el dolor de mi corazon.* Discrucior animi dolore. Hæret animo infixus dolor acerbissimus. Mœror me quotidie macerat, & conficit. Animi dolore tabesco. Ardeo, crucior, maceror, consumor animi dolore gravissimo.

Con vueſtras cartas ſe me quitò el dolor, y pena que tenia. Tuis litteris recreatus sum, & ab omni molestia liberatus. Illæ mihi dolorem eripuerunt, ademerunt, mœrorem lenierunt, absterserunt, exhauserunt. Vide *Deſpenar.*

Dolorido. Dolore affectus, dolens.

Doloroſo. Dolorificus, acerbus.

Dolo. Dolus, i. Vide *Engaño.*

Domar, ò domeñar. Domo, as. Edomo, perdomo. *No ay domeñarle.* Indomabilis est. Frangas citius, quàm corrigas, quæ in pravum indurverunt.

Domador. Domitor, debellator, oris.

Domeſtico. Domesticus, a, um.

Domeſticar. Vide *Amanſar.*

Dominar. Dominor, aris. Gerere se pro Rege. *Dominante.* Dominans, tis.

Dominio. Dominium, ii. Imperium, potestas. Jus de re disponendi. *Tiene dominio ſobre ſi.* Natura illum tibi, quasi regem, constituit. Nescio quo fato tibi dominatur. Ad ejus obsequium natus esse videris.

Domingo. Dominica dies. *Dominguillo de toros.* Pila, æ.

Don. Donum, i. Munus, eris.

Donacion. Donatio, nis.

Donativo al Rey. Honorarium, ii.

Donado. Religiosus famulus.

Donayre en decir. Facetiæ, arum. Sermonis festivitas. Lepos, oris, Sales, ium. *Donayre, ò ayre.* Venustas, tis. Elegantia, æ.

Donoſo. Bellus, lepidus, facetus, festivus, falsus. *Donoſura.* Lepiditas, festivitas, tis. *Donoſa fuè vueſtra deſemboltura.* Bene, & naviter impudens fuisti. *Donoſamente.* Bellè, festivè, lepidè, facetè.

Donde. Ubi, vel Quo, vel Unde. *No-*

ta que Donde *fegun es el verbo, unas veces es*, Ubi, *otras* Quo, *y otras* Unde. *Què te importa à tì saber donde voy, ò donde vengo?* Quid ad te, quo vadam, aut unde veniam? *No es malo que aya muchos perros, donde ay mucho que guardar, y muchos de quien guardallo.* Nihil mali eſt, ibi canes eſſe multos, ubi multa ſervanda ſunt, permultique obſervandi. Cic.

Donde quiere. Ubivis. Ubilibet, ubique. *Donde quiera que.* Ubiubi. Ubicumque. *Donde quiera que vayas ay trabajos.* Quoque te vertas, omnia plena malis. Cic.

Doncèl. Ephèbus in aula Regis. Puer Regis, Miniſter. Vide *Page.*

Doncella. Virgo. *De poca edad.* Puella, virguncula. *Caſadera.* Nubilis, viripotens, matura viro. *Doncella talluda.* Exoleta virgo, ſuperadulta, ætate provecta. *Doncella de alguna ſeñora.* Famula puella, pediſequa.

Dorar. Auro tegere, inauro, as. *Dorar los yerros, ò faltas.* Speciosis nominibus errata, aut vitia appellare, diſſimulare. Speciosa nomina erratis imponere.

Dorada coſa. Auratus, inauratus.

Dorador. Aurarius, inaurator, oris.

Dorada pez. Aurata, æ. Orata, æ.

Doradilla, yerva. Aſplenum i. Scolopendrium, ii.

Dormir. Dormio, is. Obdormio, ſomnum capere, inire. *Dormirſe.* Obdormiſcere, ſomno ſe dare, ſomno capi. *Dormime.* Somnus cepit me. Somno captus fui.

Dormir profundamente. Arctè ſomno corripi, altum dormire, ſomno obrutum, & ſepultum eſſe, temulento ſopore profligatum. *Acaba de dormir la zorra.* Edormi crapulam, & exhala. *Dormir à ſueño ſuelto.* In utramque aurem dormire. Somnos ſecurè ducere. *Dormirè ſobre ello.* Ampliùs deliberandum cenſeo. *No te duermes en coſa, que te và tanto.* Expergiſcere, ſomnus abſit ab oculis. Noli tantis rebus indormire. *Ya no duermo la ſieſta.* Jam meridiationibus mihi interdixi. Meridiatione non utor, nec do operam ſomno meridiano.

Dormir, ò acoſtarſe con alguno. Cum aliquo cubare, cubitare. *Dormir à parte.* Secubo, as. *Mal dormì eſta noche.* Noctem hanc inſomnem duxi. Hac nocte non quievi.

Dormitar. Dormito, as. Obdormiſco, is.

Dormilòn. Somniculoſus, ſomnolentus.

Dormitorio. Dormitorium, ii.

Dornajo. Aqualicus, labrum ligneum.

Dos. Duo, æ. Duo. *Para en uno ſon los dos.* Mores utriuſque bene conveniunt. *Dos dias.* Biduum. *Dos años.* Biennium. *Dos tantos mas.* Bis tantumdem. Duple majus.

Dos veces. Bis. *Dos veces caſado.* Bigamus. *Dos veces teñido.* Dibàphus. *Dos veces mas coſtò.* Duplo pluris conſtitit. *Dos veces mas barato.* Duplo minoris. *De dos en dos.* Bini, æ, a. *De dos colores.* Bicolor, oris. *De dos cuernos.* Bicornis, e. *De dos caras.* Biſrons. *De dos formas.* Biformis. *De dos lenguas.* Bilinguis. *De dos nombres.* Binomius, vel binomen, inis. *De dos pies.* Bipes. *De dos pies de largo.* Bipedalis, bipedaneus. *De dos años.* Bimus, biennis. *De dos meſes.* Bimeſtris. *De dos palmos.* Bipalmis. *De dos codos.* Bicubitalis. *De dos cortes.* Bipennis. *De dos libras.* Bilibris. *De dos maneras.* Biſariam. *Dos contra uno echanle del mundo.* Nec Hercules contra duo.

Doſèl. Periſtroma, tis. Regale cadurcum. Aulæa ſuſpenſa, deſuper extenta. Faſtigium, ii.

Dote. Dos, tis.

Dotar, à la hija, ò muger. Dotem filiæ, vel uxori dicere, conficere. Dote illam ornare, locupletare.

Dotar Capellanìa. Vide *Fundar.*

Dotado de grandes prendas. Vide *Prendas.*

Doze, ò dozena. Duodecim. *Doze vezes.* Duodecies. *Dozeno.* Duodecimus. *Entrar en dozena.* In grege numerari. Vide *Adozenarſe.*

Dozavo. Duodecima pars.

Dozientos. Vide *Duzientos.*

D ANTE R.

Dragma, ò adarme. Drachma, æ.

Dragòn. Draco, nis. *Sangre de drago, color.* Cinnabaris, is.

Dragontea, yerva. Dracunculus, i.

Drogas. Medicamenta, orum. *Vender drogas.* Fumos vendere. Verba dare. Vide *Engañar. Droguero.* Fallax, doloſus, mendax, icis.

Dromedario. Camellus, i. Dromedarius, ii.

D ANTE U.

Ducado de plata. Ducatus argenteus. *Ducado de vellon.* Ducatus minor.

Ducado de oro. Aureus nummus. *Ducado, tierra del Duque.* Ducatus, us. Ducis dominium, oppida ditionis ejus.

Ducientos. Ducenti, æ, a. *Ducientos mil.* Ducenta millia. *Ducientas veces.* Ducenties. *Ducientas mil veces.* Ducenties millies.

Duda. Dubium, ii. Dubitatio, ambiguitas, hæſitatio. *Sin duda.* Sine dubio. Haud dubiè, nimirum, procul dubio, ſine controverſia. *Pues es materia de duda el motivo que tuviſte para hacer tan grande vellaqueria?* Num quærenda cauſa eſt, quæ te ad tantum facinus adduxerit, adegerit, impulerit?

Dudar. Dubito, as. Ambigo, is. Hærere in aliqua re. Hæſitare. *No dudarè de decir al Juez mi parecer.* Non dubitabo Judicem officii commonere. *Dudas que ſe eſcuſarà con ſus achaques?* Dubitas, quin valetudine ſit excuſaturus? *Quien duda, que te eſtuviera bien?* Quis dubitat, quin è re tua futurum fuerit. *Dudo que quiera paſſar por ello.* Vereor, ne non probet. Dubito, an probaturus ſit. *No dudo que aceptarà el partido.* Non vereor, ne non accipiat conditionem. Non dubito, quin illam accepturus ſit.

No ay que dudar, ò poner duda en eſto. Nullum de hac re dubium eſt. De hoc dubitare non licet, dubitari non poteſt. Hæc res non eſt in dubium vocanda, non eſt in dubio ponenda, in dubium verti, aut venire non poteſt. De hoc non eſt ambigendum, nihil eſt quod dubitemus, nulla ratio apparet dubitandi, nullus relinquitur ambigendi locus. Res eſt minimè dubia. Res eſt, perſpicua, manifeſta.

Dudoſo. Dubius, incertus, anceps.

Muy dudoſo me hallo. In magnam dubitationem adductus ſum. Magna ſolicitudine afficior, magna inopia conſilii. Fluctuat animus in incerto. In ancipiti cura verſor, in magna dubitatione. Non diſpicio, quid potiſſimum eligam. Hæret animus in ambiguo, laborat in conſilio. Pendeo animi. Quid conſilii capiam ignoro. Ambigua cogitatione, ancipiti cura diſtrahor. Hæreo, quaſi in medio deprehenſus. Magnus me dubitationis æſtus abſorbuit.

Sacame de eſta duda. Hanc mihi, quam injeciſti, dubitationem exime. Hunc mihi nodum expedi. Hoc me dubio expedi, hac hæſitatione libera. Hanc mihi perplexi animi ſolicitudinem eripe. *No ſaliera de la duda, ſi tu no me ſacaras.* Hæterem, niſi tu me expediſſes. Cic.

En duda, ſi es malo, ò bueno, no lo bagas. In dubio honeſtum, an turpe ſit, nequid agas. Quod tibi, an liceat, in religionem venit, cave facias. Dum tibi dubium

dubium subrepit, an fas sit, perinde abstineas velim, ac si nefas esset. *En las dudas acudir al Maestro.* In dubiis Magistrum consulere.

Dudosamente. Dubiè, ambiguè.

Duelo, desafio. Duellum, i. Singulare certamen. *Duelo, compassion.* Misericordia, miseratio. *No tengas duelo de él.* Nihil te illius miserat. *Dale sin duelo.* Cæde illum validè absque commiseratione. Nulli te ejulatus, aut lachrymæ teneant, quo minus verberes. *Gastar sin duelo, lo que es menester.* Non gravatè, nec parcè sumptum necessarium facere. *Los duelos con pan son menos.* Leviùs ærumnæ gravant, si adjicias panem. *Donde no está su ducño, no está su duelo.* Seguius bellum geritur, absente duce. Facile oves pereunt, si pastor absit. Præsentia Regis milites accendit ad prælium. Præsente Imperatore, milites ad pugnam incalescunt. *Mirad vuestros duelos, dexad los agenos.* In tuum finum inspice.

Duendas palomas. Cicures columbæ.

Duendes. Lemures, larvæ. *Moneda de duende.* Commentitius nummus. Pecunia futilis. Fugax, inanis.

Dueño. Dominus, i. Herus, i. *Dueño eres de mi libertad, y mi vida.* Jus in libertatem meam, & vitam habes. *Hicieronle dueño de todo.* Jus, arbitriumque omnium rerum illi permissum est. Sueton.

Dueña. Anus puellarum custos. *Dueña de honor.* Matrona nobilis ex Reginæ comitatu.

Duerno. Labrum ligneum. Aqualiculus.

Dulzayna. Fistula organica.

Dulce. Dulcis, suavis, e. *Dulces.* Bellaria, orum. Cupediæ. Mellita edulia. Poma saccharo condita. *No os ireis en dulce.* Non abibis impunis. Non tibi sic abibit.

* *Dulzura.* Dulcedo, inis.

Duplicar. Duplico, conduplico, as.

Duque. Dux, icis. *Duquesa.* Ducissa, æ.

Dura cosa. Durus, a, um. *Duro de juicio.* Judicii sui tenax. Cervicosus. Capito, nis. *Duro de bolsa.* Avarus, pecuniæ tenax. *Duro de condicion.* Asper, iracundus, intractabilis, immitis. *Durillo, algo duro.* Duriusculus, i. *Topò duro con duro.* Fortis in fortem impegit. Vis vi repulsa est. *Quien coma las maduras, que coma las duras.* Qui lucri partem capit, & damni capiat. Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. *Durillo se me hace.* Duriusculum mihi videtur. *Dura cosa es, que &c.* Durum est, & non ferendum, &c.

Duramente. Duriter, durè.

Dureza. Duritia, æ. Durites, ei. *Con alguna dureza.* Duriusculè. *Dureza de condicion.* Naturæ asperitas. *De juicio.* Pervicacia, pertinatia, æ.

Durar. Duro, as. Permaneo, persisto, is. *Durò aquella batalla cerca de una hora.* Tenuit ea pugna horæ circiter spatium. *Durò hasta aquel tiempo.* Stetit ad illud tempus, mansit, permansit, perseveravit, persistit. *Durante el peligro de la batalla.* Inter discrimen pugnæ, in ipso pugnæ discrimine. *Duraba todavia la guerra.* Trahebatur adhuc bellum.

Dura, ò duracion de tiempo. Spatium temporis. Mora, æ. *Cosa de mucha dura.* Stabilis, diuturnus. *De poca dura.* Caducus, fragilis, momentaneus. *No es posseſsion de dura, en la que entramos á punta de lanza.* Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur. *Todas las cosas de esta vida son de poca dura.* Omnia humana brevia, caduca, fugacia, & citò peritura. Nihil infra lunam firmum est, aut diuturnum, nihil quod non conficiat, & consumat vetustas.

Duradera cosa. Stabilis, diuturnus.

Durazno. Malum Persicum, duracinum.

num. *Durazno, arbol.* Malus Persica duracina.

E ANTE A. B. C.

EA, acaba ya. Eia, age agedum, age fis, age jam, agite eia.

Ebano. Ebenus, vel ebenum, i.

Echar, tirar. Jacio, is. *Por diversas partes.* Disjicio, dispergo, is. *Echar á fuera.* Ejicio, excludo, is. *Echa de aqui primero este regisiro.* Puerum hunc prius alio amanda. Hunc Argum aliquò prius amolire.

Echarle por fuerza. Ejicere, exigere, exturbare, expellere domo aliquem, urbe, regno. Extrudere ex agro, de possessione pellere, depellere.

Echar de sí. Abjicio, is. Repello, is.

Echar lexos, ò á mal. Projicio, is.

Echar á uno por puertas. Fortunis illum evertere, bonis spoliare. *Desean echarme del mundo.* Me è vivorum numero eximere, & exturbare cupiunt, contendunt.

Echar debaxo. Subjicio, suppono, is.

Echar en otra cosa. Injicio, is.

Echar vino, ò aceyte. Vinum, aut oleum infundere. *Sal en la carne.* Salem carni aspergere, vel carnem sale.

Echar menos lo que falta. Aliquid desiderare, requirere. *En tus grandes virtudes echan menos la paciencia.* In tuis summis laudibus iracundiam excipiunt, patientiam desiderant, requirunt.

Echarlo á buena, ò á mala parte. In bonam, vel malam partem aliquid accipere. *Temo no le eche á otra cosa.* Vereor ne aliorsum accipiat, vel in aliam partem. *Echòlo á chanza.* Joco rem vertit, pro joco accepit.

Echar á perder. Perdo, corrumpo, is. *Mas que lo eche á perder.* Profundat, perdat, nihil ad me. *Echaste á perder con esso.* Tute tibi obstas. Tuam ipse causam prodis.

Echar de ver. Animadverto, is. *Bien se echa de ver.* Facile perspicitur.

Echar la cuenta. Rationem subducere, putare. Ad calculos venire.

Echar mano de uno para algo. Optimum quemque eligere, deligere. *Echarle mano.* Manum alicui injicere, vel in aliquem. Capere hominem, apprehendere, tenere. *Echò mano á la espada.* Capulum manu tenuit, ensem stricturus.

Echar chispas. Scintillas agere. *De enojo.* Ardet iracundia, excandescit.

Echar rogadores. Amicos, aut viros nobiles alicui, vel ad aliquem allegare, precatores adhibere.

Echarse á los pies de alguno. Abjicere se ad pedes alicujus, suplicem se abjicere, prosternere. Ad genua ejus procumbere, provolvi. Ad ejus pedes accidit, procidit, procubuit.

Echar á fondo. Naves demergere, deprimere, submergere, obruere.

Echar el pecho al agua. Dare se in discrimen, periculo se committere.

Echar el resto. Vires, & nervos omnes intendere in re aliqua. *Aqui echè el resto de mi ciencia.* Quidquid in me est artis, ac judicii in hunc librum contuli.

Echar por mal camino. Laboriosam, ac difficilem viam agredi, ingredi, suscipere. Lubricæ, & periculosæ viæ se committere. *Echar la soga tras el caldero.* Reliquias projicere.

Echar pullas. Lepidis dictis, aut facetiis prætereuntes prosequi, lacessere.

Echar á correr tras uno. Cursu aliquem petere, persequi. *Echòle con el diablo.* Divis devotum amandavit.

Echar fama. Rumores spargere, dissipare. *Suertes.* Sortior, subsortior, iris.

Echar el sello á algo. Operi fastigium addere, coronidem imponere. *Con esto echò el sello de sus bazañas.* Hoc facto maximus ejus laudibus cumulus accessit.

Echarse. Decumbo, is. Corpus deponere,

nere, in lectum, aut terram demittere. *Con la carga.* Oneri succumbere. *Estar echado.* Cubo, as. Jaceo, es. *Boca abaxo, ò boca arriba.* Pronus, aut supinus jacere, cubare.

Echarse las miesses. Luxuriantes segetes procumbere, fertilitatis pondere inclinari. *Echan ya los arboles.* Gemmant arbores, turgent in gemmas. *Echan hojas, y flores.* Frondes, ac flores emittunt. Frondent, florent.

Echado en tierra. Prostratus, jacens.

Echado al rincon. Abjectus, & spretus.

Echado de los contrarios, para &c. Submissus ab adversariis, ut &c.

Echadizo, espion. Emissarius, ii.

Echacantos. Vide *Loco.*

Ecco. Echo, us. Reciproca vocis imago. Soni, aut voci repercussio.

Eclipse. Eclipsis, is, Solis, aut Lunæ defectio, deliquium. *Eclipsase la Luna, quando entre ella, y el Sol està la tierra.* Luna terræ interpositu laborat, deficit, obscuratur. *Y el Sol, quando la Luna està en medio de el, y de la tierra.* Interjectuque Lunæ Solis lumen languet, & hebescit.

E ANTE D.

Edad. Ætas, tis. *La que no tiene fin.* Ævum, i. *Poca, ò tierna edad.* Ætatula, æ. Tenera, mollis ætas. *Edad florida.* Florens ætas, integra. Flos adolescentiæ, & juventutis.

Linda flor gastais en la flor de la edad. In munditiis, mollitiis, ac delitiis ætatulam agitis.

Edad mayor. Ætas ingravescens, grandior. *Es mayor de edad, que yo.* Major natu me est, longius ætate processit. *Ya es entrado en edad.* Ætate provectus est.

Es ya de edad robusta. Corroborata jam ætate est, & confirmata. *Ya somos de edad, que nos obliga à sufrirlo todo con valor.* Jam id ætatis sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. *No se corte un hombre de tu edad de ser chancero?* Id ætatis nugari, te non pudet? *Hago lo que otros de mi edad.* Utor ætatis vitio. *Cada edad tiene su porte.* Aliam ætatem alia decent. *Quando yo era de esse edad, no hacia esso.* Ego istuc ætatis ab his semper abhorrui. *Quanto mas entro en edad, conozco mas la vanidad del mundo.* Quo plus mihi ætatis accedit, eo mundi vanitas magis innotescit. *Tener mas edad que otro.* Ætate illi, vel illum anteire, præcurrere, præstare, præire, præcedere.

Edad bien empleada. Honeste acta ætas, laudabiliter exacta. *Edad cansada.* Affecta ætas, in senium vergens, extrema, decrepita. *Al cabo de su edad quiere casarse.* Exacta ætate, nupturit. Ætate confectus nuptias cogitat. *De una edad son ambos.* Pares sunt ætate, æquævi, coævi. Uxor viri æqualis.

Edicto. Edictum, i. *Hacerle.* Edictum componere, conscribere.

Edificar. Edifico, as. Construo, extruo, is. Fabrico, as. Fabricor, aris. Erigere, condere, excitare molem, arcem, substructiones insanas, & superbas. *Edificar de mampostería.* Rudi, & cæmentitio lapide murum extruere. Structuris testaceis parietem ducere, ædificium excitare.

Edificio. Ædificium, fabrica, substructio, edificatio, constructio.

Edificar con el exemplo. Virtutis exemplum præbere, exhibere. Pietatis, & modestiæ exemplo præsentes instruere, aliis prælucere, præire.

Educacion. Educatio, institutio. Vide *Enseñanza.*

E ANTE F. & G.

Efecto. Effectus, us. *Dexar efectos para algo.* Res, & instrumenta relinquere ad efficiendum aliquid. *Quisiera que tuviera esto efecto.* Rem ad exitum perduci cupio. *En efecto se concluyò lo que todos desean-*

van. Effectum est tandem aliquando, quod in omnium votis erat. *No tuvo efecto, por mas que hicimos.* Conatus nostri in vanum abierunt. Incassum laboravimus. Oleum, & operam perdidimus.

Efectuar algo. Re ipsa aliquid efficere, concipere, præstare.

Eficaz hombre. Efficax, efficiens, nunquam cessans. *Remedio eficaz.* Præsentaneum remedium, efficax. *La virtud es eficaz.* Actuosa est virtus, nunquam cessat.

Eficacia. Efficacitas, efficientia, æ. Energia, efficacia, æ. *Eficazmente.* Efficienter, efficaciter.

Eficiente causa. Efficiens causa.

Efimera. Unius diei febris.

Egloga. Ecloga, æ. Pastorum sermo.

Egregia cosa. Egregius, eximius, præstans, selectus, a, um.

E ANTE L.

El, ella, ello. Ille, illa, illud. *El mismo.* Ipse, idem. *El es.* Ipse est. *El lo dixo.* Ipse dixit: *El qual, el que.* Qui. *El tal.* Is. *Diste en ello.* Rem acu tetigisti. *No es para ello.* Non est aptus, ineptus est ad hoc munus.

Elada. Pruina, glacies, ei. *La que abrasa el campo.* Uredo, inis. *Flor elada.* Carbunculus, i.

Elar. Gelo, as. Glacio, as. Congelo, as. *Elarse.* Gelascio, is. Conglacio, as. *Yelase el agua.* Gelu aqua concrescit, comprimitur, astringitur. *Elarse las viñas.* Vinearum gemmæ frigore obriguerunt, uredine exaruerunt. Vinearum fructus in spe pruine decoxit. *Quedòse elado al oir esto.* Ad hæc audita ob stupuit.

Elada cosa. Gelidus, glaciatus, gelu constrictus. *Estoy elado de frio.* Frigore torpeo.

Eleboro, yerva. Elleborum, veratrum.

Electo, mala yerva. Filix, icis.

Elefante. Elephas, antis, Elephantus, i. Barrus, i. *Elefancia.* Lepra, æ.

Elegante. Elegans, tis. Cultus, ornatus, loculentus, concinnus, venustus.

Elegancia. Elegancia, cultus, us. Ornatus, us. Concinnitas, tis. *Elegantemente.* Concinnè, ornatè, eleganter, loculentè.

Elegia. Elegia, æ. Elegiacum carmen.

Elegir. Eligo, deligo, seligo, is. *Por suertes.* Sortiri judices, sorte legere. Sortitò, sortibus sortitione eligere. *En lugar de otro.* Subsortiri aliquem, in alterius locum sortibus sufficere, subrogare. *Elegir à uno por hijo, ò por Patron.* Filium, aut Patronum adoptare.

Elegir Senadores. Senatores allegare. *Agorero.* Hominem inaugurare. *Pontifice, ù Obispo.* Pontificem creare, ad Pontificiam dignitatem assumere, extollere. *Elegir Governadores.* Magistratus Provinciæ designare, Rectores Civitatibus præficere, præponere.

Eleccion. Electio, nis. *De oficios publicos.* Magistratum creatio. *Por suertes.* Sortitio, subsortitio. *Por votos.* Suffragatio. *Hater eleccion de oficios publicos.* Habere comitia.

Elementos. Elementa, orum. Rerum principia, ex quibus omnia constant.

Elenco, piedra preciosa. Elenchus, i.

Elevarse. Vide *Arrobarse.*

Eloquente. Eloquens, tis. Facundus, disertus, ornatè, & copiosè loquens.

Es muy eloquente. Elegantissimus est suadendi artifex. Orationis suavitatis, & dicendi copia hominum animos mirificè afficit, jucunditissimè tenet. Argumentorum vi, & sententiarum pondere, in quam ipse velit partem, concitat, & inclinat universos.

Eloquencia. Eloquentia, æ. Dicendi copia. *Grandissima.* Singularis, ac pæne divina, incredibilis dicendi facultas. Aureum orationis flumen. *Divinum quod-*

dam, & mirificum dicendi genus. Mira orationis vis, & ubertas.

Toda eloquencia es corta para decir tus alabanzas. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi tanta vis, tantaque copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit. Nullus est tam divinum, atque incredibile genus orationis, quo quis possit, vel tuas percensere, atque enumerare laudes. Cic.

Eloquentissimamente. Disertissimè, eloquentissimè, incredibili dicendi copia, ornatuque orationis.

E ANTE M.

Emancipar. Emancipio, as, è patris potestate aliquem eximere, paterno jure liberare, sui juris efficere.

Embazar. Hærere, quasi in salebra.

Embaburnar. Conspurco, coinquino, as.

Embalsamar muertos. Cadavera unguentis condire, præservare.

Embarrilar la fruta. Poma in canistrum, vel corbulam condere, inferre.

Embarazar. Impedio, is. Obsto, as. Moram a icui facere, afferre. Impedimento alicui esse. *Hallome tan embarazado, que &c.* Ita multis distineor, ut. Vide *Ocupado.*

Embarazo. Impedimentum, mora, æ. *Un embarazo me viene cada dia tras otro.* Aliud ex alio me quotidie impedit, mihi obstat, moram mihi injicit. *Cosa de mucho embarazo.* Negotiosa res.

Embarcarse. Navem, vel in navem ascendere, conscendere. *Embarcar gente.* Navibus milites imponere. Milites in navem compellere, cogere, inducere.

Embarcacion. Navis, classis. *Entrada en la nave.* In navem conscensio.

Embargar la hacienda. Bona alicujus authoritate Judicis occupare. Rem controversam apud sequestrem deponere. Rem sequestrare. *Embargar la obra.* Impedire ædificationem, inhibere. Moram operi afferre, injicere, interponere. *Embargar el carruage.* Vehicula, & jumenta Judicis authoritate comprehendere.

Embargo de hacienda. Sequestratio. *De obra.* Ædificationis mora, inhibitio. *De carruage.* Vehiculorum comprehensio. *Sin embargo.* Nihilhominus.

Embarnecer. Amplum, & robustum fieri.

Embarnizar. Sandice aliquid linere.

Embarrar. Luto aliquid linere, contegere. Delutare aliquid. *Embarrarse.* Luto inquinari, fœdari.

Embarrador. Tector, oris. *Hacer à dos manos como embarrador.* Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

Embate de la agua. Undarum impetus. Ripæ crepido.

Embaucar. Præstigiis aliquem decipere, circunvenire, eludere.

Embaucamiento. Præstigiæ, arum.

Embaucador, ò embaydor. Præstigiator, circulator, nebulo fumivendulus.

Embaular. In caneratum scrinium prætiosa quæque condere, inferre. *Comiendo.* Venrem dapibus replere, infarcire.

Embaxada. Legatio, nis. *Dar la embaxada.* Mandata perferre, referre.

Embaxador. Orator, legatus, i. *De paz.* Caduceator, oris. *Hacer oficio de embaxador, ser embaxador.* Legationem agere, gerere, obire. Legationis munus exequi. Legati munus obire. *Embiar à uno por embaxor.* Aliquem Regi, vel ad Regem legare, legatum mittere. *Fue por Embaxador à Francia.* Legatus Galliam abit. *Vino por Embaxador à Roma.* Legatus Romam venit, advenit.

Embeleco. Fraus multiplex. Mendaciorum nexus, series. *Embaxador.* Mendaciorum architectas. Nebulo, nis.

Embelesarse. Obstupesco, is. *Embelesamiento.* Stupor, oris. *Qué estuviesses tan embelesado?* Tantus te tenuit stupor?

Embestir. Vide *Acometer.*

Embestimiento. Aggressio, tentamentum.

Embetunar. Bitumine linere.

Embevecerse en algo. Hærere in alicujus rei contemplatione, stupidum teneri. *Embevecido en algo.* Totus in aliqua re defixus, stupidè hærens.

Embever. Imbibo, is. Bibit aquas terra sitiens, humorem attrahit, fugit. *Algo cosido.* Vestis contrahitur, subtrahitur, ut angustior fiat.

Embiar. Mitto, is. *Con embaxada.* Lego, as. Vide *Embaxador. Embiar delante.* Præmitto, is. *Bolver à embiar.* Remitto, is. *Embiar à menudo.* Missito, as. Crebro mittere. *Embiar de secreto.* Summitto, is.

Embiòn. Impulsus. *Dar un embiòn.* Impello, is. Impulsum facere.

Embidar. Adversarium sponsione inter ludendum lacessere, provocare. *Embido mi resto.* Depono quidquid mihi relictum est. *Embidar de falso.* Colluforem sponsione malitiosè lacessere.

Embite. Invitamentum, provocatio.

Embidia. Invidia, æ. Livor, oris.

Tener embidia. Laudi alicujus invidere. Divitias, & honorem alicui invidere. Æmulatione accensum laudes ejus detenere, commodis obtrectare. Invidiæ stimulis agitatur. Potentes, & dignitate conspicuos æquis oculis videre non potest.

Los favorecidos de la fortuna son el blanco de la embidia. Summa petit livor. Quos fortuna extollit, invidia deprimit. Qui fortunæ beneficio emergunt, invidiæ sunt obnoxii.

Embidiar el buen natural de otro. Optimam naturam alicui invidere. *Embidianme el favor que me hacer.* Invidior, quod gratia apud te valeam. *Ser embidiado de muchos.* Multis invidiosum esse, ex invidia laborare.

Embidioso. Invidus, lividus. *Mejor es ser embidiado, que embidioso.* Præstat invideri, quàm invidere. Melior est ejus, cui invidetur, quàm invidi conditio.

Embidiosamente. Invidiosè.

Embiduela. Invidiola, æ.

Embiudar. Conjuge orbari, viduari.

Emblanquecer uno. Albesco, is. *Otra cosa.* Vide *Blanquear.*

Emblema. Emblema, tis.

Embocarse. Globulum per os annuli ferrei immittere, trajicere.

Embolsar el dinero. Pecuniam in saccum condere, immittere, injicere. Nummos marsupio excipere, recipere.

Embolver. Involvo, is. Implico, as. *Embuelto.* Involutus, obvolutus.

Emboltorio. Involucrum, integumentum. Thuris, aut piperis cucullus. *De cartas.* Fasciculus litterarum.

Emborrachar à uno. Hominem ebrium reddere, inebriare. *Emborracharse.* Vino se obtruere, ingurgitare.

Emborrar. Infarcio, is. Tomento aliquid explere, tomentum inculcare.

Emboscarse. In sylvam se abdere. Sylvis se occultare. *Emboscada.* Hostes in insidiis positi. Hostium insidiosa cohors. *Estar emboscados.* In insidiis esse.

Embotar los filos, ò el ingenio. Aciem, aut mentem obtundere, retundere, hebetare. *Embotarse.* Hebesco, is. Obtundi, hebetari.

Embotijarse. Puerorum buccas præ iracundia tumescere.

Embovar à uno. Infatuare aliquem, stultum reddere. *Los lisonjeros embovan à los Principes.* Ab assentatoribus Principes infatuantur. *Embovarse.* Vide *Pasmarse.*

Embozarse. Pallio caput involvere, obvolvere. *Embozado.* Obvoluto, vel involuto capite.

Embravecer à uno. Efferare aliquem, ferum reddere, ad iram concitare. *Em-*

bravecerse. Furere, sævire, efferari, vehementer irasci. *Embravecido.* Ira percitus, furiis accensus. Furens.

Embrazar el escudo. Sinistram clypeo inferere. Clypeum aptare sinistræ.

Embriagarse. Vide *Emborracharse.*

Embrion. Embryon, is. Fœtus informis in utero, vel partus imperfectus.

Embrutecerse. Obbrutesco, is.

Embudo. Infundibulum, i.

Embuste. Artificiosum mendacium. Technæ, calumniæ, impostura.

Embustero. Mendaciorum architectus, fraudulentus, sycophanta. Totus ex fraude, & mendacio compositus. *No te corres de que te tengan por embustero?* Non te pudet imposturæ nomine male audire?

Embutir. Farcio, ir farcio, refercio, is.

Emelga. Lyra, æ. *Emelgar.* Lito, as.

Emendar. Corrigo, is. Emendo, as. *Ya se ha emendado.* Frugi factus est. Jam se ab impudicitia revocavit. Jam ex nequitiæ sordibus emersit.

Emendar las erratas. Librum mendis purgare. Vitiosè scripta corrigere. Corrupta, & depravata loca castigare, restituere.

Ahi te embio mi libro, para que le emiendes. Ad te mea scripta veniunt, ut erratorum pœnas, & ungue, & obelliscis luant. *No ay que emendar en tu libro.* Sanè polita scripta tua sunt, ad unguem castigata, tam scitè elaborata, ut illis lima mea deterere nihil possit.

Emienda. Emendatio, correctio, castigatio. *Prepongo la emienda.* Profiteor me non amplius commissurum.

Emendador. Corrector, castigator.

Emina, medida. Modii duo.

Eminente en algo. Præstans, eximius, excellens ingenio, aut eloquentia. Qui in arte aliqua cæteris præstat, antecellit, qui inter alios eminet, primas tenet. Qui principatum tenet, primum locum obtinet, princeps in theologia. Nulli in ea laude cedit, nulli inferior est, nemini secundus.

Eminencia. Præstantia, excellentia, eminentia, æ. *Eminentemente.* Præclarè, eximiè, egregiè, excellenter.

Emisferio. Hemisphærium, ii.

Empacho. Subrusticus pudor.

Empacharse. Pudore subrustico, affici, præpediri, teneri. *Que te empachas de hablarme?* Mene alloqui erubescis?

Empadronar. Censeo, es. In censum referre, adscribere. *Empadronamiento.* Census, us. *Empadronado pobre.* Capite census.

Empalagarse. Cibum palato hærere ex satietate, aut præ dulcedine. *Empalagame esto.* Non facit hoc ad palatum meum, satietatem mihi affert, satietate me afficit. Satietas me afficit hujus rei, satietate teneor, satietate affectus sum. Non est hoc mei stomachi, fastidio mihi est.

Empalar. Palum homini per sedem in viscera adigere, immittere.

Empalizada. Vide *Estacada.*

Empanar. Pane carnem obducere, incrustare. *Empanada.* Artocreas, tis.

Empañar al niño. Pannis infantem involvere. *Empañase el espejo.* Vapore speculum obducitur, halitu obscuratur.

Empantanado. Luto infixus homo, in luto hærens, defixus.

Empapar. Lanam liquore imbuere.

Empapelar. Chartis amicio, involvo.

Emparedar à uno. In carceris perpetui angustias hominem conjicere, compellere: à communi consortio hominem abducere, excludere, extrudere. Solitudinem, ac tenebras alicui indicere.

Emparejar con otro. Par cum alio facere, cum pari componi, parem sibi adjungere. Vide *Pareja.*

Emparentar con otro. Affinitate cum aliquo se devincire, conjungi, copulari. *Está emparentado con lo mejor del Lugar.* Cum nobilissimis affinitate devinctus est.

Empatar el juego. Neutrum in ludo vincere. Victoriam in ludo casu, aut arte impediri. *Empatarse las pruebas.* Honoris, aut collegii petitionem comperta generis macula hærere, inhiberi. In petitione honoris propter stirpis labem repulsam ferre.

Empezar. Incipio, is. Vide *Comenzar.*

Empecer. Obsum, es. Vide *Dañar.*

Empedernido estar. Induratum esse, lapidescere. *El hombre.* Obstinato animo esse, & implacabili. Pertinaciter negare, resistere, reluctari.

Empedrar. Viam, aut pavimentum lapidibus sternere, munire.

Empegar. Pice vas oblinire.

Empeyne. Impetigo, inis. *Empeyne del pie.* Superna pedis pars, plantæ adversa.

Empellon. Impulsus, us. *Dar un empellon à uno.* Aliquem impellere, pulsare, protrudere. *Echarle à empellones.* Expellere, ejicere, extrudere aliquem.

Empeña del zapato. Obstragulum, i.

Empeñar algo. Pignori aliquid dare. Libros pignerari, oppignerari.

Empeñarse, ò adeudarse. Æs alienum facere, contrahere. *Estoy muy empeñado.* Ære alieno oppressus sum. Grande æs alienum habeo, ære alieno laboro.

Empeñar su palabra. Fidem suam interponere, obligare. *Tu me empeñaste en esso.* Tu me ad hæc impulisti, concitasti, commovisti. Vide *Incitar.*

Empeñarse en defenderle. Causam ejus suscipere. *Para que te empeñas en defender essa opinion?* Quid opinionem istam defendandam suscipis? *Empeñaste en persuadir &c.* Contendis nervos omnes, ut persuadeas &c. *Ya sè que estas muy empeñado por él.* Scio te ipsius causa vehementer omnia velle. Cic.

Empeño de prenda. Oppignoratio. *De deudas.* Æs alienum. *De palabra.* Fides interposita. *Para salir de este empeño.* Ut fidem exoneraret. Ut fide se liberaret. *Sacame de este empeño.* Fidem meam tuere. Quantum potes enitere, ut contra perficiam, & voti compos evadam.

Empeño en salir con algo. Contentio, conatus ad aliquid perficiendum. *Favorecióle con empeño.* Impensè illi studuit. Vehementer pro illo laboravit. Partes ejus studiosè suscepit, subivit. Acerrimè pro illo contendit, quoad potuit, dimicavit. Illum enixissimè juvit. *Tomabase con tanto empeño, que.* Tanta adhibebatur contentio, ut. *Ya es empeño el salir con ello.* Certum est inceptum persequi, rem ad exitum perducere, ab incepto non desistere, conata persicere.

Empeorar. In pejus ruere, in deterius vergere. Pejorem, vel deteriorem in dies fieri, reddi. *Empeorar el enfermo.* Morbum in dies ingravescere, ægrum pejus se habere, in dies gravius ægrotare, in horas magis, ac magis deficere.

Emperador. Imperator, Cæsar, is.

Emperatriz. Augusta, Imperatrix, cis.

Emperezar. Pigror, aris. Morari, cunctari, gravari, cunctantiùs agere. *De què sirve emperezarlo?* Quod gravaris? Quid prodest cunctantiùs agere?

Empero. Sed veruntamen. Vide *Pero.*

Emperrarse. In rabiem incitari, ferociùs repugnare, contendere. *Emperrado.* Ferociter obstinatus, in rabiem excitatus.

Empinar los bolos. Bacillos erigere, statuere. *Empinar la campana, ponerla en pino.* Campanam sursum vertere.

Empinarse. Erigi, elevari. *Empinado.* Erectus, excelsus, arduus.

Emplasto. Emplastrum, malagma, tis.

Emplastar. Affectæ corporis parti emplastrum imponere, adhibere.

Emplazar à uno. Diem alicui dicere. Citare hominem, ut compareat, ut causam dicat. *Estoy emplazado para esse dia.* Hæc mihi dicta dies est.

Empleo. Munus, eris. Officium, ii.

Emplear. Impendo, is. Insumo, is. Pecuniam

cuniam in aliqua re collocare, patrimonium in salutem reipublicæ. Vide *Gastar. Bien empleado está el beneficio en Antonio.* Merito in Antonium beneficium collatum est. Optimè apud illum beneficium collocasti.

Todo me empleo en vuestro servicio. Omnis mea cura, labor, studium, industria in te ornando, & tuæ laudi serviendo desudant. Totum me ad tuum obsequium, nutumque comparo. Tuæ laudi, ac dignitati meam operam, & studium dico, dedico, consecro.

Mal empleado quanto hago por ti que no aprovecha. Male apud te beneficia pono, quibus ad luxuriam abuteris. Oleum, & operam apud te perdo, qua nihil promoves.

Emplearse todo en el culto divino. Summa pietate, & studio divino cultui vacare. Se totum pietatis operibus tradere, dicare, addicere, devovere. Ad Dei cultum toto animo incumbere. Curas suas omnes, cogitationesque in Dei cultu figere, locare.

Emplente. Paries cratitius, diplinthius.

Emplomar. Plumbo, as. Plumbo tegere.

Emplumar. Deridiculi gratia aliquem plumis amicire, vestire. Anum lenociniis famosam, plumis coopertam, pueris illudendam objicere, plebi exsibilandam traducere.

Emplumado. Plumatus, plumis amictus.

Empobrecer. In angustias rei familiaris adduci, pervenire. In egestatem venire, devenire. *Aviendo empobrecido con tantos gastos, dió en robar.* Exhaustus operum impensis, prædas agere instituit. Egestate coactus ad rapinas animum adjecit.

Empollar los huevos. Gallina ova incubat, ova incubando fovet.

Emponzoñar. Venenum infundere, tetrum virus adjicere. Veneno aliquid inficere, imbuere, tingere. *Emponzoñado.* Venenatus, veneno infectus.

En pòs. Post. *Venid en pòs de mi.* Venite post me. Me sequimini.

Empozado. In puteo inclusus.

Emprender alguna cosa grande. Magnum aliquid aggredi, petere, moliri. Facinus egregium aggredi, suscipere. Ardua conari, ad magna contendere, ad res præclaras animum adjicere.

Empressa grande. Facinus arduum, cœptum ingens. Conatus, us. *Empressa, ò divisa.* Symbolum, i. *Dificultosa empressa has tomado.* Provinciam cepisti duram. Difficilem provinciam suscepisti. *Salió con su empressa.* Conata perfecit. Voti compos factus est. *No salió con ella.* Non illi res successit ex sententia. Causa cecidit. Irrito conatu cessit. Re infecta discessit. Ab incepto destitit. Victus, & inglorius abiit. Repulsam tulit.

Emprenta. Vide *Imprenta.*

Empreslar. Vide *Preslar.*

Empreslado. Commodatio. Mutuatio, nis. *Está obligado à pagar el empreslado.* Commodato tenetur.

Empringar. Vide *Pringar. Aun no assamos, y ya empringamos.* Filius nondum natus est, & nomen illi imponimus.

Empujar. Trudo, is. Pello, depello, is.

Empujòn. Impulsus, us. Impulsio. *Dar de empujones à uno.* Pulsare aliquem. *Meter à empujones.* Intrudere hominem, impellere. *Echarle à empujones.* Extrudere, expellere.

Empuñar la espada, el cetro. Ensem capulo apprehendere, tenere. Sceptrum tenere, manu premere.

Empuñadura. Gladii capulus.

Emulo. Vide *Competidor.*

E ANTE N.

En (*preposicion*) In. *En ti está la culpa.* In te culpa residet. §. *A veces se acomoda*

moda al lugar. En la plaza se passea. In foro ambulat. (*A veces al tiempo.*) *En dos dias hizo un viage.* Biduo iter confecit. *En un momento se ahogò.* Momento absortus est. (*A veces al exceso.*) *En el estudio, y aplicacion à todos se aventaja.* Studio, & assiduitate omnes superat. *En el ingenio nadie le excede.* Ingenio nemini cedit, nulli inferior est, nemini secundus. (*A veces al precio*) *En quanto aprecian al cavallo?* Quanti equus æstimatur? *En otro tanto me dieron la baxilla.* Tantidem vasa argentea mihi addicta sunt.

En adelante. Posthac, in posterum. *Yo haré, que en adelante refrenes la lengua.* Efficiam, ut posthac linguam contineas.

Enagenar algo. Aliquid alienare, abalienare. *Enagenacion, ò enagenamiento.* Alienatio, abalienatio. *Enagenado de los sentidos.* A sensibus abstractus. *Cosa que se puede enagenar.* Res mancipari, vel quæ potest alienari.

En alguna manera. Aliqua ratione, aliquo modo. *En algun lugar.* Alicubi, uspiam, usquam. *En algun tiempo.* Aliquando.

Enalmagrar. Vide *Almagrar.*

En ambas partes. Utrobique.

Enamorar. Blanditu, aut pulchritudine aliquem ad sui amorem allicere, pellicere, trahere, excitare. Lenociniis sibi amorem alicujus conciliare. *Enamorarse.* Capi alicujus amore, allici, incendi, flagrare.

Enamorado. Amore captus, incensus, flagrans, ardens. *El que galantèa.* Procus, i. Amasius, ii.

Què trabajo tiene un enamorado! Ut miser est, qui amat! Plaut.

Enano. Homo statura humili. Pumilio, nis. Pygmæus, nanus, i. *Enana cosa.* Pusillus, pumilus, a, um.

Enarbolar la pica, ò la vandera. Hastam, aut vexillum erigere.

Enarbolarse. Attolli, erigi, magnifice se efferre. Tollit se rectum quadrupes.

En balde trabajas. Frustra laboras.

Encabezarse. Vide *Empadronarse.*

Encadenar. Catenis annectere, vincire, ligare, religare. *Encadenado.* Catenatus.

Encalabrinar. Fœtore, aut gravi odore cerebrum afficere. Fœtorem aircui offundere, inhalare, teterrimam popinam exhalare. *Encalabrinado.* Gravi odore effectus, fœtore obturbatus.

Encalar la pared. Parietem calce dealbare. Tectorium illi ex calce inducere.

Encallar el navio. Navem hærere in scopulis. Vadis illidi.

Encallecer. Calleo, es. Occalleo, es.

Encaminar à uno. Viam alicui indicare, ostendere, monstrare. *Dios te encamine.* Deus tibi iter fortunet. *Encaminar bien los negocios.* Res bene gerere, prudenter disponere, rectè administrare.

Encamisada dar al enemigo. Indusiatos milites noctu castra hostium repente invadere, stragem, ac terrorem circumferentes.

Encañar el agua. Per tubos aquam ducere, per ductus derivare.

Encancerarse. Cancro occupari.

Encandilarse. Lumine oppositò, aut nocturna lucerna oculos perstringi. *El resplandor de las riquezas nos encandila, para que no veamos su vanidad.* Divitiarum splendor mentis nostræ oculos perstringit, divitiarum fulgor obstat, quo minus earum vanitatem perspiciamus. *Encandiladora.* Annus quæ puellas decipit.

Encanecer. Canesco, is. Canus, sio.

Encantar à uno. Carminibus, aut cantionibus aliquem ligare, in alium formam mutare. Incanto, as. Excanto, as.

Encantador. Veneficus, incantator.

Encantamiento. Cantio, nis. Carmen, incantatio, incantamentum. *Por arte de encantamiento parece que se ha desaparecido*

do eſto. Praſtigiis, credo, hoc avolavit, evanuit.

Encautuſar. Aſtu hominem captare.

Encapirotado. Capitio tectus.

Encapotarſe. Torvo vultu aſſici, frontem tetricè contrahere. *Encapotado.* Aſpectu torvus, caperata fronte. *De que eſtà tan encapotado?* Quid eſt quod torvo vultu mæret?

Encaramar. Vide *Encarecer.*

Encarcelar. In carcerem hominem conjicere, condere, mittere, ducere.

Encarecer, ò encaramar una coſa. Rem verbis augere, exagerare, exornare, amplificare. *Mucho lo encareces.* Magnificè loqueris. Tragicè lamentaris.

Encarecerſe los mantenimientos. Annonam ingraveſcere. Pretium rebus accedere. Rerum pretia creſcere, excreſcere, augeri. Cariorem, difficiliorem, duriorem in dies annonam fieri.

Encarecedor. Rerum amplificator, magnificè loquax, verbis magnificus.

Encarecidamente. Impensè, magnopere, majorem in modum.

Encarecimiento. Amplificatio, exaggeratio. Verborum magnificentia.

Ruegote encarecidamente que le defiendas. Majorem in modum à te peto, magnopere à te quæſo, te etiam atque etiam rogo, te obſecro, & obteſtor, te impensè rogo, ut illum ſuſcipias, tuoque patrocinio dignum cenſeas.

Virtud tan conocida no neceſſita de encarecimiento. Perſpecta virtus verborum ornamenta non requirit. Spectata virtus commendatione non eget. Ipſa per ſe fulget luce clarius. Corrumpit qui pigmentis gratiam illi conciliat, ſolem facibus adjuvat, qui illuſtrare contendit.

Hablar con grande encarecimiento de alguno. Mira, & incredibilia de aliquo narrare, fidenter de illo aſſerere, quæ fidem ex eduut, majora veris referre.

Encarçarſe. Vepribus implicari. In dumeta prorepere, profugere.

Encargar à uno algo. Aliquid alicui injungere, mandare, commendare, committere, onus imponere, injungere. Negotium, aut provinciam illi dare. Curam illi delegare, demandare. *Eſto te encargo no mas.* Hactenus tibi mando. Cic. *Todos quieren, que eſto ſe encargue à Pompeyo.* Omnes id ad Pompejum deferri volunt. Cic.

Encargarſe de algo. Mandatum recipere, aliquid agendum ſuſcipere. Onus, aut defenſionem ſuſcipere, ſubire. *Hacer lo que le encargan.* Mandata facere, exequi, peragere, conficere. Suſceptum munus obire, exequi, preſtare, explere.

Encarnar el Hijo de Dios. Naturam humanam Divinum Verbum induit, aſſumpſit. Naturæ humanæ ſe hypoſtaticè conjunxit. Carnis noſtræ infirmitatem, & mortalitatis æruminas ſubire non erubuit. *Encarnò por el coſtado la ſaeta.* Sagitta lateri infixa eſt. Per coſtas vulnus adactum. *Encarnar la herida.* Vulneris carnem coaleſcere, coire.

Encarnacion del Verbo Divino. Divini Verbi cum natura humana conjunctio. *Dar encarnacion à la pintura.* Humanam carnem colore exprimere, ſimulare, mentiri, adumbrare.

Encarnizarſe el lobo en una res. Pecudem à lupo avide vocari. *Eſtar encarnizado en el odio, en la torpeza.* Odio implacabili ardere, libidine inſatiabili inflammatum eſſe. *Ojos encarnizados.* Sanguine ſuffuſi oculi.

Encarrilar. In viam inducere.

Encartar. Præſcribere aliquem.

Encartado. Proſcriptus, banuitus.

Encaſar, ò encaxar el buello. Os evulſum in ſedem ſuam compellere, in locum ſuum reſtituere, loco ſuo includere, reponere.

Encaſquetar. Pileum, aut galerum in caput inducere, demittere.

Encaſtillarſe. In locum munitum ſe recipere. *Eſtar encaſtillado.* In arce incluſum eſſe. Caſtello, aut loco munito ſe tenere, tueri.

Encavalgar las piezas de artilleria. Tormenta ænea curris imponere.

Encaxar. Includo, is. *Encaxar à tiempo una mentira.* Mendacium ad tempus accommodare. *Como no ſe le pueden encaxar à otro, danmela à mi.* Ea, quoniam nemini obtrudi poteſt, ad me defertur. *Si una vez ſe encaxa, no ay ſacarle de ahi.* Quod ſemel apprehendit, obtrectatorem mordicus tenet. Ubi gradum fixit, ægrè inde dimovens.

Encaxe. Incluſio, coagmentatio, nis.

Encenegarſe. In cœno volutari.

Encenegado. Cœno immerſus, obrutus. Sus in volutabro. *Eu torpezas.* Vitiis turpiſsimè inquinatus.

Encender. Accendo, incendo, is. Inflammo, as. *Encenderſe.* Ardeo, es. Flagro, as. Exardeſco, is. *Encendido.* Succenſus, candens, incenſus, inflammatus, ardens.

Encendimiento. Ardor, inflammatio.

Encerar. Cera aliquid oblinere.

Encerado. Feneſtræ velamentum ceratum, byſſinum, aut papyraceum. *No ſe puede encerar.* Ceraturam non patitur.

Encerrar. Includo, concludo, is. *Los frutos.* Fructus condere. *En eſto ſe encierra todo.* Hæc eſt totius rei ſumma. Hoc uno omnia continentur.

Encerramiento. Incluſio, nis.

Encetar el pan, ò queſo. Panem, aut caſeum integrum delibare, imminuere.

Encia. Gingiva, æ.

Encima. Supra, ſuper.

Encina. Quercus, us. Ilex, icis.

Encinar. Querietum, i.

Enclavar. Vide *Clavar.*

Enclavijar los dedos. Utriuſque manus digitos inter ſe committere. *Enclavijados dedos.* Digiti inter ſe commiſi.

Encoger. Contraho, is. Coarcto, as. *Encogerſe de hombros à lo que le preguntan.* Humeris ſignificare, ſe, de quo rogatur, nihil ſcire. *Encogerſe de verguenza.* Subtimeo, es. Pudore teneri, verecunde curtari.

Encogido. Subruſticè timidus.

Encogimiento. Subruſticus timor, verecunda cunctatio.

Encolar. Glutino, conglutino, as.

Encolacion. Conglutinatio, nis.

Encolorizarſe. Vide *Ayrarſe.*

Encomendar. Committo, mando, commendo.

Encomiendoos mucho à Antonio. Antonium ſic tibi commendo, ut majori ſtudio commendare non poſsim. Hunc, rogo, pro ingenio, pro fortuna tua exornes. Cura, ut intelligat meam commendationem vulgarem non eſſe. Quidquid officii in illum contuleris, in me collatum puta. Da operam, ut ſciat meam commendationem uſui maximo ſibi fuiſſe. Mihi certè gratiſsimum feceris, ſi cognovero has litteras, quantum ſcribens confidebam, tantum apud te pondus habuiſſe. Majorem in modum à te peto, impensè rogo, ut ei omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fides, atque facultas patietur, commodes, & accommodes. Gratius mihi facere nihil potes, quàm ſi eum omni ſtudio omnibus in rebus juveris, humanitate tua foveris.

Encomiendas, ò recados. Mandatum, i. Mandata, orum. *Hacer lo que le encomiendan.* Mandata exequi, agere, peragere, perſequi, conficére, curare.

Muchas encomiendas os embia Antonio. Antonius te amiciſsimè ſalutat, ſalutem tibi multam dicit, ſalvere te jubet amiciſsimè, ſalutem tibi plurimam impertit. *Dadſelas de mi parte.* Salvere illum invicem juve meis verbis. Salutem illi adſcribe meo nomine. Salutem illi rurſus à me nuncia. Salvere illum quoque à me jubebis.

Encomienda de Cavallero. Crucis insigne cum divite censu.

Encomio. Præconium, laus, laudatio, comendatio alicujus à genere, à patria, à virtutis studio, & rebus gestis.

Enconar la llaga. Exulcero, as. *Enconarse.* Vulnus intumescere. *Encono.* Exulceratio, tumor, oris. *Animo enconado.* Exulceratus animus.

Enconsuegrar. Liberos à parentibus in matrimonium mutuò collocari.

Encontra. Contra. *Muchos estan encontra.* Multi contra illum stant, faciunt. Multi contrarium tenent, secus sentiunt. Plures abeunt in alia omnia.

Encontrar à caso à uno. Casu occurrere alicui, aliquem offendere, in illum incidere. *Encontrarse peleando.* Congredi, concurrere, confligere. Vide *Chocar. Encontrados parecereres.* Sententiæ oppositæ. *Los hombres mas sabios del mundo van en esto encontrados.* Inter sapientissimos homines hac de re contentio est. Sapientissimi viri hac de re sententiis pugnant, maximè dissident, magnopere dissentiunt, in contrarias sententias distrahuntur.

Encontradizo. Obvius, a, um. *Hacerse encontradizo.* De industria alicui occurrere, obviam fieri, obviam ire.

Encuentro. Occursus, us. *En la batalla.* Conflictus, us. *A los primeros encuentros se quebraron las lanzas.* Ad primum conflictum, vel primo conflictu hastæ confractæ sunt. *Salir à uno al encuentro.* Occurrere alicui. Obviam se illi offerre, obviam illi procedere, exire, prodire. Obvium alicui esse, obviam illi fieri, se dare. *Què lindo encuentro!* Commodè te mihi obviam offers, ò mea opportunitas! Peropportunè in te incidi.

Encontròn. Incursus, us. Offensio, nis.

Encorar el cofre. Cameratam arcam corio tegere, obducere, munire.

Encorchetar. Infibulo, as. *Metaph.* Amicitiam inire, societatem coire.

Encordar la vihuela. In lyra fides, aut nervos contendere. Citharam fidibus, nervisve instruere.

Encordelar. Lectum funibus intexere.

Encordio. Panis inguinis.

Encorozar à uno. Infami cucullo aliquem notare, infignire. *Encorozado.* Cucullo infami insignitus, notatus.

Encorporar. Vide *Incorporar.*

Encorvar. Incurvo, as. *Encorvarse.* Incurvesco, is. *Encorvado.* Incurvus, incurvatus, a, um.

Encostrar. Incrusto, as.

Encrespar. Crispo, as. Vide *Enrizar.*

Encrucijada. Trivium, ii.

Encrudecerse. Crudesco, recrudesco.

Encruelecerse. Sævio, is. Vide *Cruel.*

Encubar el vino. Mustum in dolium, vel in cupam condere. *Encubar à uno por algun gran delito.* In culleum parricidam inluere.

Encubrir algo. Celo, as. Occulto, as. Tego, is. Clàm aliquid habere. *No sè como encubrir esto.* Id quo pacto celem, qua ratione dissimulem, non invenio. Nec mendaciis subdolis, nec fucis rem oblinare valeo.

No se pueden encubrir tus vellaquerias. Flagitia tua occultari, latere, celari, obscurari non possunt. Nullis simulationem involucris flagitia tua teges, non fic obducta sunt, ut curiosis oculis non pateant. Tuorum scelerum vestigia tam expressa extant, ut quivis, vel incuriosus offendat. Domus tua scelerum tuorum vocibus personat. Parietes flagitia tua continere non valent.

Encubierto. Celatus, occultatus.

No es maravilla, que tarde tanto en descubrirse lo que està tan encubierto. Nec mirum est tam tarde erui, quæ tam altè jacent.

Encubridor. Receptor, occultator.

Encubridora. Receptrix, icis.

Encubrimiento. Occultatio, nis.

Encuentro. Vide *Encontrar.*

Encumbrar. Extollere, exaltare. Vide *Alabar, y Dignidad.*

Endechas. Næniæ, arum. Flebile carmen.

Endemoniado. Fanaticus, energumenus. Obsessus à Dæmone.

Enderezar. Dirigo, is. Cogitationes omnes ad Deum intendere, dirigere.

Endevotarse. Monialem adamare, in ejus familiaritatem se dare.

Endiablado. Sceleratissimus, nefarius, execrandus. Ex omnium scelerum importunitate concretus.

Endilgar. Vide *Aliñar, y enderezar.*

Endivia, yerva. Intybus, i.

Endiosarse. Superbius se efferre.

Endrina. Prunulum nigrum.

Endulzar. Dulce aliquid efficere, reddere. *Endulzarse.* Dulcesco, is.

Endurar, ò endurecer. Induro, as. *Endurecerse.* Obdureo, es. Obduresco. *De què sirve enndurarlo?* Quid cunctaris? *Endurecido.* Obstinatus.

Enebrar. Vide *Enhebrar.*

Enebro, arbol. Juniperus, i.

Eneldo, yerva. Anethum, i.

Enemigo particular. Inimicus, i. *Enemigo comun, ò pùblico.* Hostis, is. *Enemigo de Dios, y de sus Santos.* Sacrorum omnium religionumque hostis.

Enemigos declarados. Inimicitiam palam profelsi. *Quien es tu enemigo? El que es de tu oficio.* Odit faber fabrum, mendico mendicus invidet. *Tengame por su enemigo, si lo hiciere.* Id si egerit, me illi adversarium, & inimicum profiteor; me rupem habebit, ubi foi fororis fluctus desumpent. *Tratòme como enemigo.* Inimicè mecum egit. Me in hostium numero habuit. *De los enemigos los menos.* In malis minimum est elegendum. Stultus, qui, patre cæso, liberis ejus pepercit.

Enemistad, ò enemigo. Inimicitia, æ. Simultas, tis. Odium, invidia, malevolentia, abalienatio. *Enemistad natural.* Antipathia, æ.

Enemistad declarada. Indictæ, & apertæ inimicitiæ.

Enemistarse con alguno. Abalienare se ab aliquo. Graves cum aliquo simultates suscipere, subire. Inimicitias capessere, concipere. *Con muchos os aveis enemistado.* Multorum inimicitias suscepisti, subisti. Multorum in te odia concitasti, incendisti. In simultates, & odia incurristi, venisti.

Enemistado. Inimicus, a, um. Infensus, abalienatus ab aliquo.

Estar enemistado, ò tener enemistad con alguno. Inimicitas cum aliquo gerere, simultates gerere, exercere. *Con el que anda à tu lado nunca estès enemistado.* Ne cum eo certes, qui pedem tecum habet in eadem pelvi.

Enarbolada saeta. Sagitta venenata.

Energia. Vis, efficacia, æ.

Enero. Januarius, ii.

En ESTO (*en las narraciones de casos repentinos*) Ecce, ecce interim, ecce repente. *En esto bizo ruido la puerta.* Ecce interim fores crepuerunt. *En esto llega aviso de que vienen Cesarios.* Ecce autem repente nuntiatur, Piratarum naves adesse. *En esto vè à Licas escondido en el hueco de una peña.* Ecce Lycham trepidum, & latitantem rupe cavata aspicit. &c. *Ovid. 9. Metamorph.*

Enaxar las ruedas. Rotas axe committere.

Enfadar à alguno. Fastidio esse alicui. Offendere alicujus animum, fastidium illi afferre. *Esto enfada.* Hoc fatietatem, & fastidium affert, ingratum est, & putidum. *Mucho me enfadan algunos, no los puedo ver.* Quosdam oculi mei ferre non possunt, stomachum mihi movent, offendor quorundam aspectu.

Enfadarse Fastidio, is. Stomachor, aris. Indignor, aris. Molestè ferre.

Enfado. Fastidium, satietas, tis, tædium, ii. *Echòle de sì con enfado.* Fastidiosè illud abjecit, rejecit, cum nausea projecit.

Enfadoso. Morosus, putidus, importunus, molestus. *Enfadosamente.* Molestè, putidè, importunè.

Enfaldarse. Defluentes vestes colligere, laciniam togæ præcingere.

Enfardar. Sarcinas conficere.

En favor. Secundum, pro. Vide *Favor.*

Enfermedad. Morbus, ægritudo, valetudo, inis. Adversa, incommoda valetudo. *Contagiosa.* Morbus pestilens. Contagium, ii. Contagio, nis. *Aguda, que mata, ò passa presto.* Morbus acutus, præceps. *Larga.* Diuturnus, tenax, lentus.

Enfermar, caer enfermo. In morbum incidere, delabi. Morbo corripi, tentari, teneri. *Grande es, y peligrosa la enfermedad que tiene.* Gravi, & periculoso morbo laborat, tenetur, afficitur, urgetur, afflictatur, premitur, opprimitur. Mortifero morbo pœne confectus est. Diuturno morbo tabescit miser. Gravi morbo decumbit, jacet omnium judicio desperatus.

Enfermo. Ægrotus, æger, languidus. *Está enfermo.* Ægrotat, languet, ægro corpore est. *Algo aliviado está.* Meliusculè valet. Aliquantulum morbus remisit. Levari, & recreari aliquantulum visus est.

Enfermería. Valetudinarium, ii.

Enfermero. Valetudinarii præfectus.

Enfermizo. Valetudinarius, ii.

EN fin. Tandem, denique. *En fin, el bien no es conocido, hasta que es perdido.* Tum denique bona nostra novimus, cum amissimus. *En fin le soltaron.* Tandem vinculis exsolutus est. §. *En fin (de veras)* Nempè. *En fin dices, que la virtud no basta para vivir uno contento?* Nempè negas ad beatam vitam satis esse virtutem? *En fin estás en esso?* Nempè hoc tibi sedet animo?

En fin, en conclusion. Ad summam. Ne multa. Ne multis. Quid multa? *En fin esto no puede passar assi.* Ad summam non possunt istæc sic abire. *En fin lo consigue.* Quid multa. Impetrat. *En fin no quiero ruidos por mis dineros.* Ne multis, litigium emere non libet.

Enflaquecer, ponerse flaco. Langueſco, is. Macrescere, attenuari, tabescere. *Estlo lo enflaquece.* Hoc illum debilitat, enervat, vires illius minuit, extenuat, infirmat.

Enfrascarse en muchos negocios. Multis negotiis se implicare.

Enfrenar el cavallo. Equum frænare. Frenum equo injicere, adhibere.

Enfrente. E regione, contra, ex adverso. *Los de enfrente.* Contrarii, adversarii.

Enfriar. Frigefacio, is. Perfrigerare.

Enfriarse. Frigesco, is. Frigeo, algeo.

Enfriarse, ò entibiarse. Languescere, intepescere. Languidiorem, mollierem, remissiorem in dies fieri. *Enfriaronse sus buenos deseos.* Pia ejus studia languerunt, defervuerunt, inlanguerunt, abierunt, restincta sunt. Principium illi pietatis ardor elanguit, refrixit, extinctus est.

Enfundar la almohada. Plumis, tomento, vel lana infarcire pulvinar, cervical.

Enfurecerse. Furere, debacchari. Furore corripi, agitari, incitari, inflammari, vehementer irasci, excandescere.

Engalanar. Vide *Adornar.*

Engañar. Decipio, fallo, deludo. Imponere alicui, verba dare, fraudem, vel fucum facere. In errorem, aut fraudem hominem illicere, deducere, inducere, impellere. Circumvenire aliquem, artu capere. *Engañome en quatro reales.* Quatuor drachmis me fraudavit, defraudavit.

No pretendo engañar à nadie. Nemini verba dare cupio. Fucum facere, aut fumos vendere non est meum. Non est mei moris in fraudem, aut errorem pellicere.

A nectendis strophis, insidiisque struendis abhorreo. Longè ab omni fraude, doloque absum.

Si no me engaño. Ni fallor. Nisi mea me fallit opinio, nisi meus me fallit animus. *Traele engañado con vanas esperanzas.* Spe falsa illum producit, inani spe deludit.

Sospecho que se engaña, como suele. Suspicor hominem, ut solet, allucinari. *Vive muy engañado.* In errore, & summa rerum ignoratione versatur.

Engañóle con capa de amistad. Illum pro amico fefellit, per simulationem amicitiæ decepit, in fraudem induxit. *Engaña muchas veces el semblante, y mas las palabras.* Frons, oculi, vultus sæpè mentiuntur, oratio verò sæpissimè.

Engañamones. Consilio lapsi sumus. Humano errore ducti, capti sumus. Errore lapsi sumus.

Engaño. Fraus, dolus, error, fallacia, fraudatio, circumscriptio, circumventio, præstigiæ, arum. *Reconocer su engaño.* Errorem suum agnoscere, abjicere.

Engaño de la vista. Allucinatio.

Engañador. Dolosus, veterator, fraudulentus, fallax, pellax, cis.

Engañoso. Fallsus, vanus, inanis. *Amistad engañosa.* Fucosa amicitia.

Engañosamente con engaño. Subdolè, captiosè, fraudulenter, dolosè, fallaciter, insidiosè, simulatè.

Engastar en oro, ò plata. Auro, vel argento aliquid includere. *Está tan bien engastado, que parece nacido.* Ita aptè inclusum est, ut natum, non infitum esse videatur.

Engaste. Inclusio, nis. Emblema, tis.

Engaytar. Infatuo, as. Puerilem in modum hominem decipere. *A ninguno pudo engaytar de modo que le fuesse un quarto.* Neminem adeo infatuare potuit, ut ei nummum crederet. Cic.

Engazar. Innecto, is. Connecto, is.

Engaze. Connexio, nis. Nexus, us.

Engendrar. Genero, as. Gigno, is. Liberos suscipere, procreare. *Los chismes engendran odio.* Rumusculi ultro, citroque delati odium pariunt, conflant, excitant. *Esto engendra malos humores.* Hoc noxios humores creat, procreat, nimis acres, aut concretos nimis efficit. Hoc iram suscitat, invidiam concitat, seditionem commovet.

Engendrado. Genitus, natus, susceptus, procreatus, ortus, satus.

Engolfarse. In altum provehi. Philosophiam se ingurgitare.

Engolosinarse. Inescari. Regustare aliquid. Voluptatis esca trahi.

Engomar. Gummi aliquid linere.

Engordar. Pinguesco, is. Glisco, is. Pinguem fieri, impinguari. Aruina, aut pinguedine onervari, gravari. *Engordar aves.* Obeso, as, aves impinguare, luginare.

Engrandecer. Magnifico, as. *Engrandecìò su casa.* Domum suam ampliavit, amplificavit. Familiam suam divitiis & honore auxit, illustravit, clarissimam & amplissimam fecit, ad summum dignitatis fastigium extulit, ad magnam potentiam evexit.

Engreirse. Efferri, erigi, attolli, superbire, insolescere, intumescere.

Engreido. Elatus. Vide *Sobervio.*

Engrossar el exercito. Supplere exercitum, copias augere, subsidio munire.

Engrudo. Gluten, inis. Glutinum, i.

Engrudar. Glutino, as. Conglutino, as.

Engrudador. Glutinator, oris.

Enguecar. Cavo, as. Excavo, as. *La voz.* Sonantiorem vocem edere, reddere. Gravius & vehementius inclamare.

Enguizgar. Instigo, as. Incito, as.

Engullir. Devoro, as. Deglutio, is.

Enharinado. Farina aspersus.

Enhestiado. Satietate captus.

Enhebrar, ò enhilar la aguja. Filum per foramen acus inserere, mittere.

Enemiga. Ænigma, tis. Scriptus, i. Quæstio abstrusa, solutu difficilis. *No ando per enigmas, claro hablo.* Davus sum, non Oedipus.

Enjaezar el cavallo. Equum phaleris ornare, instruere. *Cavallo enjaezado.* Equus phaleratus.

Enjaular pexaros. Aviculas in caveam mittere, immittere, inducere.

Enjoyar. Bullis aureis ornare.

Enlaciarse. Placesco, is.

Enladrillar el suelo. Laterculis pavimentum sternere, munire.

Enlazar. Illaqueo, as. Irretio, innecto.

Enlodar. Luto, aut cæno aliquid fœdare, inquinare. *Enlodado.* Luto infectus, lutosus, lutulentus.

Enloquecer à uno. Infatuare aliquem. *La adulacion nos enloquece.* Infatuat nos adulatio, mentem obtundit. Assentatione à mente, consilioque deducimur. *Enloquecerse.* Mente destitui. Insanire, de potestate mentis abire. Vide *Loco.*

Enlosar. Lapidibus quadris pavimentum, aut viam sternere, munire.

Enlutado. Atratus. Vide *Luto.*

Enmaderar el techo. Contigno, as. *Enmaderamiento.* Contignatio, nis.

Enmarañar. Intrico, as. Implico, as. Tricis rem involvere, impedire. *Negocio es este muy enmarañado.* Res est nimis implexa, multis difficultatibus implicita, impedita. *Veés en quan enmarañado negocio te metes?* Vides in quot tricas te conjicias, in quas turbas te des?

Enmascarado. Personatus, larvatus.

Enmendar. Vide *Emendar.*

Enmudecer. Obtumesco, is.

Enmustiarse. Vide *Marchitarse.*

Ennegrecer. Denigro, as. Infusco, as.

Ennegrecerse. Nigresco, is.

En ninguna manera. Minimè, nequaquam, neutiquam, nullo pacto, nullo modo, haud quaquam, nullatenus.

En ninguna parte. Nusquam, nullibi.

Ennoblecer. Nobilito, ill ustro, as. Splendorem familiæ addere, decus, ornamentum afferre. Majoribus prælucere. Vide *Honrar.*

Enojar à uno. Stomachum alicui facere, movere. Exacerbare aliquem, bilem illi movere, commovere. Hominem ad iracundiam provocare, concitare, ejus iracundiam excitare.

Enojase facilmente. Facilè subirascitur. Bilis illi in promptu est, iram in promptu gerit. Levi de causa excandescit. De nihilo iram concipit, ira corripitur, exardescit in iras, in furorem erumpit, æstuat ira.

Enojarse con uno. Succensere, irasci alicui. Cum aliquo stomachari.

Está muy enojado contigo. Iratissimus, & inimicissimus tibi est. *No acabo de entender de què pueda estár tan enojado.* Miror quid acciderit, quod illi afferret offensionem animi tam gravem, aut commutationem tantam voluntatis. Cic.

Enojo. Ira, stomachus, iracundia. *No pude dissimular el enojo.* Iram tenere, premere, sustinere, cohibere, comprimere non potui.

Hizolo con enojo. Fecit iratus ira commotus, incitatus, ira porcitus, incensus, inflammatus. Egit iracundè, flagrante ira. Fecit cum ira, & stomacho.

En mi descargò su enojo. In me virus evomuit acerbitatis suæ. In me stomachum effudit, præcepsque furore detonuit.

Yà se le quitò el enojo. Jam ira resedit, conquievit, deferbuit. Jam mitigatus est. Placato jam, & æquo animo est.

Si no lo aveis por enojo. Si non gravaris. Nisi molestum tibi est.

Enojadizo. Iracundus, impatiens iræ. Pronus, proclivis ad iram.

Enojoso. Molestus, gravis, odiosus.

Enorme cosa. Enormis, e. Immodicus, immanis. *Enormemente.* Enormiter.

Errò

Errò enormemente. Turpiter ertavit.

En otro lugar. Alibi, alio in loco.

En otro tiempo. Aliàs, olim, quondam.

En parte me huelgo. Ex parte gaudeo.

En paz, y en guerra esclarecido. Domi, militiæque clarus, inclytus, illustris.

Enquadernar. Compingo, is. Libros conglutinare, consuere, conficere. *Enquadernacion.* Libri compactio. *Enquadernador.* Bibliopègus, i.

EN quanto à. De. *En quanto al escrivir, yo te doy la ventaja.* De litteris scitè pingendis cedo tibi. *En quanto à la voluntad que tengo, bien haces de estár satisfecho.* De animo erga te meo bene facis, quod non dubitas. Cic.

EN quanto à lo que. Quòd. *En quanto à lo que me escrives en orden à desenojar à nuestro amigo, hice todo lo possible.* Quod ad me scribis de amico nostro placando, feci, & expertus sum omnia. *En quanto à lo que me ordenas, que entre con exercito en tierra del enemigo, juzgo que no es tiempo.* Quod mihi præscribis, ut in hostilem terram cum exercitu irrumpam, intempestivum censeo.

EN quanto à lo demàs. Cæterùm, cæteroqui, cætera. *En quanto à lo demàs haz tu oficio.* Cæteroqui munus tuum tuere. *En quanto à lo demàs no le perdones nada.* Cæterùm illi nihil remittas velim. (*A veces se dexa* En quanto, *y es lo mismo.*) *Si no es el no gozar de tu compañia, lo demàs lindamente me entretuve.* Præterquamquod sine te, cæterum satis commodè me oblectavi. Excepto quod non mecum esses, cætera lætus. Horat.

EN quanto fuere possible, en lo que huviere lugar. Quoad ejus fieri poterit. *Que se repare la casa en quanto fuere possible.* Ut quoad ejus fieri poterit, domus reficiatur. *Pide que en lo que huviere lugar, le hagas favor.* Petit, ut quoad ejus fieri poterit, illi ne desis. *Ruegote que le assistas en todo lo que pudieres.* Tu velim, quoad ejus facere poteris, consilio illum, opibusque juves.

Enramar. Ramis ornare, tegere, frondibus velare, inumbrare. *Enramada.* Casa ex ramis ad tempus confecta. Umbraculum ex frondibus constructum. Scena, æ.

En realidad de verdad. Verè, re vera.

Enredar. Implico, as. Irretio, is.

Enredo. Commentum, i. Dolus, fraus. *De comedia.* Poeticum commentum. Fabula scitè conficta ad populum oblectandum. *Enredador.* Mendaciorum architectus.

Enrejar. Clathro, as. *Enrejado.* Clathrus, vel clathrum, i. Fenestra clathrata, clathratus aditus.

Enriquecer à otro. Locupleto, as. Dito, as. Divitiis aliquem augere.

Enriqueciò mucho con el trato. Negotiatione maximè ditatus est, dives cum primis factus est, fortunas immensum ampliavit, opes congessit, divitias innumerabiles coegit, coacervavit, cumulavit.

Enristar la lanza. Hastam in hostem intendere, dirigere. *Lanza enristre.* Hasta in hostem intenta. *Esperar al enemigo con las lanzas enristre.* Infestis hastis hostem excipere.

Enrizar los cabellos. Crispo, as. Capillos ferro vibrare, calamistro inurere. *Enrizado.* Calamistratus, a, um. *Hierro para enrizar.* Calamistrum, vel calamistrum, i. *Los que enrizan el cabello.* Cinistones.

Enronquecerse. Raucesco, is. Raucus fio.

Enroscarse. Se in orbem complicare. Insinuat se serpens, se se in gyrum colligit, se in orbem contrahit, in spiras se convolvit. *Enroscada cosa.* Sinuosus, in orbem, contractus, spirituus complicatus.

Enrubiar. Rufare, ratilare comam.

Enrudecer. Rudiorem in dies fieri.

Ensayar, ò probar la comedia. Ad scenam proludere, scenam meditari.

En-

Ensayarse para pelear. Ludicra pugna se exercere. Ad pugnam proludere, pugnam meditari, simulare.

Ensayar el oro. Ad lydium lapidem aurum examinare. Lydii lapidis attritu aurum probare. Heraclio lapide quantum metallum, sit, & quale examinare.

Ensaye. Prolusio, meditatio. *Ensaye de guerra.* Pugnæ simulacrum, meditatio. *De comedia.* Scena umbratilis. Prolusio ad scenam.

Esto no es mas que ensayo. Hæc non ad pugnam, sed ad speciem valent. Non in acie rem gerimus, sed quasi rudibus batuimus. Ludere, non prælio cernere certum est. Obtusis modo gladiis proludimus, in pulvere exercemur, & umbratili scena, ad theatrum postea producendi.

Ensalada. Acetarium, ii. *Hacerla.* Herbas salubres aceto, oleoque condire. *Ensaladilla en verso.* Carmen promiscuum multiplex.

Ensalzar. Exalto, as. Extollo, is. Effero, rs. Laudibus cumulare, laudibus in cœlum ferre. Vide *Alabar.*

Ensalmar, curar por ensalmo. Carminibus, aut verbis certis ad curationem uti. Carminibus (plerumque superstitiosis) medicinam facere. *Ensalmo.* Carmen, aut verborum formula, ad sanitatem composita.

Ensamblar. Sculpta coagmentare.

Ensamblador. Sculptor, oris.

Ensambenitado. Sago infami notatus.

Ensanchar. Luxo, as. Amplifico, as.

Ensanche. Laxatio, amplificatio.

Ensangrentar. Cruento, as. Sanguine inficere, aspergere, maculare.

Ensañarse. Vide *Saña, y Enojarse.*

Ensartar cuentas. Filum calculis inserere. Filo calculorum lineam ducere. *Ensartar lugares de la Escritura.* Sacræ Paginæ testimonia congerere, coacervare.

Ensavanarse. Sindone se involvere, qui larvam simulat.

Ensebar. Sebo, as. Sebo aliquid linere, illinere, obducere.

Ensenada. Sinus, us.

Enseñar. Doceo, edoceo, erudio, instruo, instituo. Præcepta dare, documenta tradere. *La Doctrina Christiana.* Christianæ fidei rudimenta tradere, fidei mysteria rudibus exponere, pro eorum capto explicare.

Enseñar crianza. Pueros liberaliter educare, urbanis moribus instruere, erudire, ad humanitatem informare.

Mucho importa enseñar bien à los niños. Plurimum interest pueros honestè institui, sacræ disciplinæ mysteriis initiari, optimis artibus imbui, expoliri. Non parum refert præirè adolescentibus, qua rectè pergant, viam ad optima quæque sternere, limitem designare, per quem securi ambulent. Magni momenti est amæniora studia ita tractare, ut salubris doctrinæ monitis ad veram sapientiam informentur.

Enseñar mas con obras, que con palabras. Exemplo præstat, quam verbis præire, re magis, qua oratione philosophari. Longum iter præcepta, breve, & efficax per exempla. *Seneca.*

Enseñanza. Disciplina, æ. Educatio, institutio, eruditio, nis. *Con vuestra enseñanza podrè yo enseñar à muchos.* Mea vox tuo hortatu, præceptisque conforma ta, multis salutem afferre poterit.

Enseñorearse de algo. Occupo, as. *Primero se enseñorea la ira del animo, que la razon pudiesse prevenirla.* Animus ab ira ante occupatur, quam prævidere ratio potuit, ne occuparetur. *Enseñorease del auditorio, y hace de él lo que quiere.* In concione dominatur, orationisque vi, ac virtute, quocumque vult, auditores impellit.

Ensilar el trigo. Frumentum in situm condere, sub terram abdere, reponere.

Ensillar el cavallo. Equum sternere. Ephippium equo imponere. *Muchos piensan*

san el bayo, y uno le ensilla. Multi deliberant, sed unus decernit.

Ensoberbecerse. Superbo, is. Superbia efferri, intumescere. Secundis rebus, prosperè cadentibus, ex animi sententia succedentibus, insolescere, insolentiùs efferri.

Con esto se ensoberbeciò tanto que &c. His rebus tantum fiduciæ, ac spiritus illi accesit, adeo sibi placuit, tantum sibi arrogavit, adeo cristas erexit, sic intumuit, usque eo elatus, inflatus est, ut &c.

Ensordecer. Obsurdesco, is. Aurium sensu deficior. Auditus me deficit.

Ensortijar el cabello. In nodum crines torquere, in annulos vibrare.

Ensuciar. Fædo, maculo, inquino, as. Polluo. is. Contamino, conspurco, as.

Entablar. Contabulo, as. Coasso, as. *Entablar el negocio.* Rem constituere. Prima operis fundamenta jacere, lineamenta ducere. *Entablar su vida.* Vitam rectè instituere, optimam vitæ rationem inire, tenere.

Entallar. Exculpo, is. In ligno, ære, aut marmore imaginem insculpere, incidere, simulacrum fingere, effingere.

Entallador. Sculptor, oris.

Entalladura, ò talla. Sculptura, æ.

EN tanto, en quanto. Eatenus, quatenus, in tantum, in quantum. *En opinion de Epicuro, en tanto es una cosa buena, en quanto deleyta.* Epicuro eatenus quidque bonum, quatenus voluptatem affert. *En tanto estarà obligado, en quanto se le siguiò de esso algun provecho.* Eatenus actio in eum dabitur, quatenus ex ea re locupletior factus est. *Cains.*

EN tanto que. Tandiu dum. Usque eo dum. Eatenus quoad. *En tanto que se sujetan al castigo, se puede sufrir à los negligentes.* Segnes tandiu feras, dum plagas non recusant. Usque eo ferendi, dum supplicium ferunt. Eatenus tolerandi, quoad virgis terga dare parati sunt. Vide *Mientras.*

Entapizar. Parietes tapetibus ornare, aulæis, aut peristromatibus vestire.

Entecado. Manu ignavus.

Entena de navio. Antenna, æ.

Entenado, ò andado. Privignus.

Entender. Intelligo, capio, percipio, is. *Cosas que se oyen à medio entender.* Quæ tenui, & ambigua luce prætervolant. *Llegar à entender lo que le ocultaban.* Reicio, resciscо, is.

No podemos entender esto. Id nostram intelligentiam fugit, ingenii nostri aciem prætervolat, hominis captum superat, in ejus intelligentiam non cadit. Id animo comprehendere, percipere, complecti non possumus. Altiùs id est, quam ut nos humi strati suspicere, perspicere possimus.

No acabo de entender, de que puedas estar tan alegre. Miror quid acciderit quod tibi tantam lætitiam afferat.

Bien se dexa entender esto. Facile est hoc ad intelligendum, non difficilè captu est, facile in humanam intelligentiam cadit. Quid negotii est in hujus rei cognitionem venire.

Ello se dà à entender. Hæc per se nota sunt, ex se cognosci possunt. Id probatione, aut expositione non eget.

A lo que entiendo, à mi entender, no es assi. Quantum intelligo, quantum capio, quantum capere, aut judicare possum, quantum mente percipio, & cogitatione assequor, aliter res habet, non est ita. Aliud subesse suspicor.

No lo entenderà Galbàn. Archimedum problema est. Numeris Platonicis obscurius est. Præter Sybillam nemo leget. *No os metais en lo que no entendeis.* Malè judicat cœcus de coloribus. Ne sutor ultra crepidam.

Entendeis? Scis jam meam sententiam? *Ya lo entiendo, no me quiebres la ca-*

beza. Obtundis, tametsi intelligam, actum ne agas. *El nos dará en que entender.* Dabit hic aliquam pugnam denuò. Negotium nobis faceſſet, qua eſt importunitate.

Entendido le tengo, y todas ſus trazas. Totus, & in cute novi hominem. Intimos illius ſenſus teneo. Conſilia ejus pulchrè calleo, nota mihi, & perſpecta ſunt omnia. *Al buen entendedor pocas palabras.* Intelligenti rem indicare ſat eſt.

Es hombre muy entendido. Vir eſt cum primis intelligens, ingenioſus, callidus, ſolers, ſagax, emunctæ naris homo, in rebus agendis, gerendiſque verſatus, exercitatus, ſatis ſpectatus. Ingenio illum natura ad omnia finxit aptiſſimo. Quidquid ſuſcipit, agit, aggreditur, egregiè conficit, cum laude perficit.

Hace de èl lo que entiende. Auriculas movet aſinus ad lyram. Ita dicentibus annuit, aut arridet, quaſi intelligat. *Yo me entiendo.* Mihi cano, & Muſis.

Entendimiento. Mens, tis. Intelligentia, æ. Intelligendi vis, intellectus, us. *No puede aver virtud ſin entendimiento.* Virtus ſine ratione conſtare non poteſt. Cic.

Entendimiento ciego. Mens tenebris oppreſſa, oppleta, involuta, atra caligine circunfuſa. Animus obcœcatus, mentis lumine deſtitutus.

Entera coſa. Integer, gra, um. Cui nihil abeſt, nihil eſt imminutum. *Entera ſalud.* Sanitas totius corporis. Valetudo undique firma. *Hombre entero.* Fortis, & conſtans.

Entereza de animo. Mentis integritas, conſtantia, fortitudo animi. Incorruptus animus, qui nulla vi frangitur, nulla re commovetur.

Enteramente. Integrè, omnino. *Pagar por entero.* Ad nummum ſolvere, in ſolidum ſatisfacere, in integrum reſtituere.

Enterarſe de una coſa. Edoceri, inquirere, cognoſcere de re aliqua. Cauſam cognoſcere. Vide *Informarſe.*

Enternecerſe la cera. Tenereſcere cera, molleſcere, molliri, liquefieri. *Enternecerſe de compaſſion.* Miſericordia affici, moveri, commoveri.

Enterrar. Sepelio, is. Humo, as. Tumulo, as. Humo corpus condere, ſepulturæ mandare, terræ reddere, ſepultura afficere, in ſepulcrum inferre, humo injecta tegere. *Enterrar à uno vivo.* Vivum in terram defodere, terra obruere. *Llevar à enterrar.* Efferre cadaver. Funeris pompam ducere. *Aqui eſtà enterrado.* Hic jacet, hic ſitus eſt. Hoc lapide corpus ejus, & oſſa teguntur.

Entierro. Funus, eris. Pompa funebris, exequiæ, arum. Supremi diei celebritas. *Hacer el entierro.* Funeri operam dare. Juſta ſolvere, exequias celebrare. *Acompañamiento de entierro.* Pompa funebris.

Enterrador. Sandapilarius. Veſpillo, nis.

Entibiar. Tepefacio, is. Languorem alicui afferre, languidiorem, aut remiſſiorem illum reddere, efficere. *Entibiarſe.* Tepeſco, intepeſco, is. Segniùs, aut remiſsiùs agere.

EN todo caſo (*ſin falta*) Utique. *El Libro irá en todo caſo.* Librum ad te mittam utique. *Eſto quiero que ſe te pague en todo caſo, aunque ſea haciendo una mohatra.* Hoc utique, vel verſura facta, ſolvi volo. Cic.

En todo lugar. Ubique.

Entoldar las calles. Vias ſupernè velis obumbrare, inumbrare. Umbras contra ſolis æſtum intendere. *Entoldadas calles.* Viæ umbraculis tectæ deſuper.

Entonar, dar tono. Præire ſonum cantoribus, quem teneant, & obſervent. *Entonar cantando.* Senſim vocem excitare. Vocis contentione majore altum, & acutum ſcanſim ſonare.

Entonar los organos. Folles ad excipiendum, reddendumque ventum alternis attollere, levare.

Entonarſe. Faſtu intumeſcere. Vide *Enſoberveceríe. Entonado.* Faſtu tumidus, elatus, inflatus. *Anda muy entonado.* Superbo vultu incedit, omnes deſpiciens. Magno faſtu ſe effert.

Entonces. Tum, tunc. *Por entonces.* Interim.

Entorno. Circum, in gyrum.

Entornar la puerta. Portam ad limen convertere, trahere, reducere.

Entorpecer. Torporem facere, inducere, afferre. *Entorpecerſe.* Torpeſco, is. Torpeo, es. Pigreſco, is. *Entorpecimiento.* Torpor, oris. Torpedo, inis. *Què entorpecido que eſtàs!* Quis te tantus torpor invaſit! quæ tibi torpedo obrepſit!

Entrada, por do ſe entra. Aditus, us. *Entrada de alguno.* Ingreſſio, ingreſſus, us. Introitus. *Entrada de la frente.* Frontis anguli. *No ſe dà ahora entrada al Rey.* Aditus ad Regem modo nullus eſt, non patet. Nemini ad Regem per id tempus aſpirare licet. Adeundi Regis copia hoc tempore non datur. Nemini ſui conveniendi poteſtatem Rex fecit. A Regis conſpectu omnes hoc tempore excluduntur. *En todas partes tiene entrada.* Nullo loco excluditur.

Entrambas, entrambos à dos. Uterque, utraque, utrumque. Ambo, æ, o.

Entrampar algo. Rem tricis involvere, implicare, per fraudem occultare. *Eſtà muy entrampada ſu hacienda.* Res familiaris illius implicata eſt, multis nominibus creditoribus obnoxia, & obſtricta eſt.

Entrañas. Exta, orum. Viſcera, um. *Hombre de malas entrañas.* Malignus, malevolus. *De buenas.* Pius, candido, & optimo animo. Vide *Intencion.*

Entrañarſe. Vide *Penetrarſe, y embeberecerſe. Tener entrañado el odio, ò el veneno.* Veneno, aut odio imbutum eſſe. *Entrañado.* Intimus, inſitus, incluſus in viſceribus, & medulis. *Entrañablemente le quiere.* Medullitus illum amat, intimè diligit.

Entraparſe el polvo. Pulvere pannum imbui, inſici, inquinari.

Entrar. Ingredior, eris, adeo, is. Introeo, is, intro, as. Pedem in aliquem locum inferre, domus limen inire. *Entróſe dentro.* Intro ſe dedit, ſe conjecit. *Entróſe de rondón.* Non pulſatis foribus irrupit.

Entrar coſa liquida. Influo, is.

Entrar à eſcondidillas. Clanculum ſe inferre, latenter ſe intromittere. *Entrar à gatas.* Irrepo, is. *Entraſenos el ſueño ſin ſentir.* Somnus nobis obrepit.

Entrar de por medio. Intercedo, is. *Entrar en ſoſpecha.* Adduci in ſuſpicionem.

Entrar con buen pie. Feliciter auſpicari. Bonis auſpiciis incipere, exordiri. *Entrar en eſperanzas.* In ſpem adduci, erigi, venire. *Entrar con exercito.* Cum exercitu irrumpere. *Entrar en batalla.* Certamen, prælium inire. *Entrar en lugar de otro.* In alterius locum ſufici, ſubſitui, ſubrogari. *Entrar dentro de ſi.* Animum ad ſe ipſum vocare. *Entra dentro de ti.* Te ipſum introſpice, in tuum ſinum inſpice. *Entrarle poco à poco.* Senſim tenta, explora, in ejus animum irrepe, clanculum illabere. *No ay por donde entrarle.* Totus echinus aſper. Nec blanditiis, nec obſequio, nec muneribus capitur, adeo eſt difficilis, ac morioſus. *No me entra de los dientes adentro.* Non eſt mei ſtomachi. Abhorret animus ab eo. *No quiero entrar en eſſa conſulta.* Nolo hanc conſilio intereſſe, admiſceri.

Entrar por contadero. Loco, & ordine ingredi. *Entra eſſa ſilla.* Sellam affer, intrò ſellam mitte. *No me entra el juego.* Non mihi ex ſententia ſuccedunt luſoriæ chartæ.

Entrar à la parte. Vide *Parte.*

ENTRE (proposition) Inter. *No sè que batallahais entre vosotros.* Nescio quid velitati estis inter vos. *Entre los hombres mas sabios del mundo se disputa esto.* Inter sapientissimos homines hæc contentio est. §. *A veces es in con ablativo. Hallabase como entre dos aguas.* Hærebat, quasi in medio deprehensus. *Ni entre tantas heridas se hallò alguna mortal.* Nec in tot vulneribus lethale ullum repertum est. *A muchos de los matadores nombrò entre los tutores de su hijo.* Plures percussorum in tutoribus filii nominavit. *Suet.*

Entre año, entre semana. Per annum, per hebdomadam. *Entre ceja, y ceja.* Intercilium, ii. Glabellus, i. Glabra, glabella, æ. *Dixle con ello entre ceja, y ceja.* Hoc illi in faciem exprobravit. *Entre col, y col lechuga.* Seria tempestivis jocis condire oportet.

Entreabierto. Semiapertus, a, um.

Entrecuesto. Vide *Solomo.*

Entre dia. Interdiu, per diem. *Entre dos luces.* Dubia adhuc luce, sub crepusculum.

Entredicho. Interdictum, i. Interdictio. *Poner entredicho.* Sacris cives interdicere. Interdictum promulgare. Sacrorum usus tota urbe interdictus. *Quitarle.* Tol ere interdictum. Sacra restituere, permittere.

Entregar. Trado, dedo, is. *Por trato el castillo.* Hostibus arcem prodere.

Entrega. Traditio, deditio, nis.

Entremès. Intercalaris scena. Mimica scena. Atellana.

Entremeter. Interpono, interjicio, intersero, is. In medio ponere. *No te entremetas donde no te llaman.* Ne te ultrò alienis rebus ingeras. Ne in alienam messem falcem mittas. Noli sine suffragio censuram gerere.

Entremetido. Qui se alienis rebus immiscet, ingerit, intrudit.

Entreoìr algo. Aliquid subaudire.

Entreponer. Vide *Entremeter.*

Entresacar. Seligo, is. Sepono, is. *Los ramos de los arboles.* Interlùco, as.

Entresuelo. Intermedium habitaculum.

Entretanto. Interea, inter hæc. *Entretanto que.* Interea dum. Interim dum. *Entretanto que nosotros haciamos fiesta, entrò el enemigo por Vizcaya.* Interea, dum milites cogimus, Cantabriam hostis invasit.

Entretela. Pannus interjectus.

Entretener à uno haciendole fiestas. Delectare, oblectare aliquem. Delicias alicui ferre, oculos ejus pascere. *Entretenerle, darle con la entretenida.* Moram alicui facere, afferre, moras nectere. Verbis aliquem tenere, falsa spe producere, lactare.

Entretenerse en algo. Agere aliquid animi causa. Alicujus rei aspectu pasci, recreari. Re aliqua pro deliciis uti, oblectari, delectari.

Entretenido, gracioso. Lepidus, festivus, facetus.

Entretenimiento. Oblectatio, ludus, aberratio à molestiis. *Por entretenimiento.* Animi causa. Deliciarum causa. *Tenia la crueldad por entretenimiento.* Pro deliciis crudelitas illi fuit. *Burlase conmigo por entretenimiento.* Sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.

Entretexer. Intexo, is. Intertexo, is.

Entretexido. Intertextus, a, um.

Entreverar algo. Aliquid interjicere, interponere, interlinguere. *Entreverado.* Interjectus, interlinctus, insinctus.

Entrevenir. Intervenio, is.

Entricado. Intricatus, implexus, a, um.

Entristecer à uno. Mærore, aut tristitia aliquem afficere. Mœstitiam alicui afferre. Contristare aliquem, tristem facere. *Entristecerse.* Mœrore, aut tristitia affici. Dare animum mœrori.

Entro-

Entronizar à alguno. Ad summi honoris fastigium aliquem evehere, efferre, extollere. *Entronizado.* In supremæ dignitatis culmine constitutus, in gloriæ vertice collocatus.

Entuertos de parida. Tormina, um.

Entumecerse. Torpescere, vel torpere membra, vitalium spirituum intercluso meatu. *Entumecido.* Stupidus, torpens, tis. *Entumecimiento.* Stupor, torpor, oris.

Enturbiar. Turbo, as. Inquino, as.

En vano. Frustrà, incassum, nequidquam.

Envanecerse. Inaniter se efferre.

Envararse. Rigesco, is. *Estar envarado.* Rigeo, es. *Andaba con el cuello envarado, y torcido.* Incedebat cervice rigida, & obstippa. *Sueton.*

Envaramiento. Membrorum rigor.

Envasar. In utres, aut vasa oris angusti liquorem infundere, invertere.

Envaynar. Gladium in vaginam condere, recondere, vaginæ reddere.

Envejecerse el hombre. Senesco, is. Consenesco, is. *Envejecerse otras cosas.* Veterasco, is. Inveterasco, is. *Envejecido en pecados.* Qui longo usu, & inveterata consuetudine peccandi obduruit, occalluit.

Envenenar. Veneno aliquid inficere, ungere, illinere. *Envenenado.* Venenatus, veneno infectus, imbutus.

Envergonzante. Vide *Pobre.*

Envès. Tergum. *Haz, y envès.* Facies, & tergum.

Envestir. Vide *Embestir. Darle la envestidura.* Honoris insignia alicui dare, tra ere, tribuere. Honoribus insignibus aliquem hornare, honestare.

Enviciarse en algo. Nimio studio in aliquam rem incumbere, nimio ejus studio, aut cupiditate duci, ferri, teneri.

Envilecerse. Se ipsum abjicere, deprimere. Vilescere apud alios.

Enxaguar el vaso. Vas commota aqua leviter eluere, colluere, lavare. *Enxaguar la boca.* Os, aut dentes, hausta & regesta aqua, colluere, mundare.

Enxalvegar. Vide *Xalvegar.*

Enxambre. Examen, inis. *Enxambrar.* Sobulesco, is. Sobole augeri.

Engerir. Vide *Ingerir.*

Enxerto. Insitum, i. Surculus in arbore insitus. Arbor insita. *No prenden los enxertos.* Insita arbores non admittunt.

Enxugar. Sicco, as. Arefacio, is. *Las lagrimas.* Lacrymas abstergere.

Enxuto. Siccus, aridus, a, um.

Enxundia. Adeps, ipis. Aruina, æ.

Enyessar la pared. Parietem gypso incrustare, tectorium ex gypso parieti inducere. *Enyessado.* Gypsatus, a, um.

E ANTE P.

Epidemia. Morbus, qui vulgò vagatur.

Epifania. Manifestatio, qua Christus infans à Magis cognitus, & adoratus est.

Epigrama. Epigramma, tis.

Epilogo. Epilogus, i. Peroratio, nis.

Epistola. Vide *Carta.*

Epitafio. Epitaphium, ii. Inscriptio sepulcri, vel sepulcralis.

Epitalamio. Nuptiale carmen.

Epiteto. Epithetum, appositum, i.

Epitome. Epitome, es. Epitoma, æ.

E ANTE Q.

Equidad. Æquitas, tis.

Equinoccio. Æquinoctium, ii.

Equinoccial. Æquinoctialis, e.

Equivaler. Æquipolleo, æquivaleo.

Equivalencia. Æquipollentia, æ.

Equivoca. Æquivocus, a, um.

Equivoco, malicioso, à de chanza. Cavillatio. *No se ha de trampear la Justicia con equivocos.* Rei æquitatem verbi laqueo capi non oportet.

Equi-

Equivocarse. Per inconsiderantiam verba commutare, vel ambiguæ verbi significatione decipi.

Equivocacion. Abusus verbi multa significantis, vel lapsus linguæ aliud pro alio enuntiantis.

E ANTE R.

Era, donde trillan. Area, æ.

Era, ò tiempo. Ætas, tis. Tempestas, is. *En la era de ahora.* Hoc tempore, hac ætate, ætate nostra, hac tempestate.

Erial, ò eriazo. Ager incultus, carduis, & spinis inhorrens.

Erizo. Echinus, i. Herinaceus, ei.

Erizo de la castaña. Echinus, i. Calyx, cis. *Puso se contra mi como un erizo.* Echinum diceres spinis obsitum, & armatum, sic in me se erexit, inhorruit, insurrexit.

Erizar las cerdas. Setas erigere.

Erizarse los cabellos. Capillos, aut comas inhorrescere. *Erizado.* Horridus, hirsutus, hispidus, erecto capillo.

Ermafrodito. Vide *Hermafrodito.*

Ermita, Ermitaño. Vide in *H.*

Errar. Erro, as. In errorem labi, delabi, incidere, deferri. Errore capi, duci. *Errar el verbo.* Verbo aberrare. *Errar la frasa.* Formula cedere. *Errar el camino.* Aberrare à via. A recto tramite deflectere, declinare. *De hombres es errar.* Cuiusvis hominis est errare.

Errata de libro. Mendum, i. erratum.

Erronea proposicion. Assertio, aut sententia, à Fide Catholica abhorrens, aut aberrens, quæ sapit hæresim.

Error. Error, oris. Erratum, i.

Ervaje. Pabulum, i. Pastio, nis.

Ervajar. Vide *Pastar, y Apacentar.*

Ervolario. Herbarius. Rei herbariæ peritus. *Ervoso.* Herbidus, herbosus.

Erudicion. Amæniores litteræ, humaniores, politiores. Humanitatis studia, litteratura politio. Eruditio.

Erudito hombre. Politioris litteraturæ laude eximius, excellens: humaniorum litterarum cultu perpolitus, qui antiqua novè, nova antiquitatis sapore condita proferat. Musarum Antistes. Amænioribus litteris apprimè doctus, multiplicis doctrinæ nomine insignis. Optimarum artium cultor egregius. Non vulgari eruditione clarus in paucis.

Eruditamente. Eruditè, doctè, scitè.

E ANTE S.

Esbirro. Vide *Alguacil.*

Escabeche. Salsamentum, i. Muria, æ. *Escabechar, ò echar en escabeche.* Muria pisces condire.

Escabèl. Sedecula, æ. Scabellum, i.

Escabroso. Asper, difficilis, salebrosus. *Escabroso estilo.* Stylus incultus, horridus, intortus, asperior.

Escabullirse. Elabor, eris. Evado, is. Effugere, expedire se ad fugam.

Escala. Scalæ, arum. *Escalar la muralla.* Scandere muros. Scalis admotis in urbem irrumpere. *Escalar la casa.* Per scalas, & fenestras in ædes irripere diripiendas.

Escaleras. Scalæ, arum. *Las que se llevan à manos.* Gestatoriæ scalæ.

Escalon. Gradus scalarum. *Subir por los escalones.* Gradatim ascendere.

Escaldar. Ardente aqua aliquid amburere, in ardentem aquam mittere.

Escalentarse. Excalefieri.

Escalentòn. Excalfactio, nis.

Escama. Squamma, æ. *Escamar los peces.* Pisces desquammare, squammis exuere. Squammas piscibus detrahere. *Escamado.* Squammatus, squammis tectus, loricatus. *Escamarse.* Ardente aqua cutem intumescere, ampullari.

Escamochos. Analecta, orum.

Escamonea, yerva. Scammonia, vel scammonea, æ.

Escampar. Imbrem remittere, cessare.

Ya escampa. Jam imbrium vis remittit, cœlumque sudum, & serenum redditur.

Escanciar. Cyatisso, as. Vinum infundere pro conviviis accumbentibus.

Escanciante. Pincerna, æ. Vide *Copero.*

Escanda, trigo. Andor, oris. Far, rris.

Escandalo. Scandalum, i. Offensio, pravum exemplum. *Dar escandalo, escandalizar.* Pravo exemplo alios offendere, corrumpere, seducere, conturbare. Aliis scandalo, & offensioni esse. Corruptis moribus alios depravare, detestabili exemplo ad peccandum illicere, ad nequitiam præire.

Escandaloso. Flagitiosus, facinorosus, qui improbitate ad peccandum inducit. *Escandalizado.* Dicto, aut facto alicujus offensus, conturbatus.

Escaño. Subsellium, scamnum, i.

Escapar, ò escaparse. Elabor, eris, evadere, effugere, erumpere, evolare. Ex alicujus manibus se proripere. *Escapar del peligro.* Imminenti periculo se eximere, eripere, subtrahere. *No te me escaparàs, por mas que te escondas.* Non elaberis, neque effugies, quamvis tenebrosa diverticula captes. *Si escapas de esta, caerás en otra peor.* Si his laqueis te exueris, in fortiores tibi incidendum est. *Las diligencias que hacia para escaparse!* Quos ille Mæandros, quæ diverticula, flexionesque quærebat! Cic.

Escapatoria, ò escape. Evasio, nis. Effugium. *No ay escape.* Non est effugium, teneris undique.

Escapulario. Scapulare amiculum.

Escaques en el juego de damas. Tessellæ, vel tesserulæ, arum. *Escaqueado.* Tessellatus, segmentatus.

Escaramujo, arbolillo. Cynòsbatus, i.

Escaramuza. Velitatio, levior pugna. Proludium pugnæ. *Escaramuzar.* Velitor, aris. Proludere ad pugnam. Leviorem pugnam committere.

Escarapela. Fœminea rixa, jurgium.

Escaravajo. Scarabæus, i.

Escarcèlas. Ferrea fœmorum munimenta.

Escarcha. Pruina, æ. *Campo escarchado.* Pratum albicans pruina. *Oro, ò vidrio escarchado.* Aurum, aut vitrum asperum, crispatum.

Escardar. Agrum sarrire, farculare, farculo à noxiis herbis purgare. *Escardador.* Sarritor, oris. *Escardadura.* Sarritio, farculatio.

Escardillo. Sarculum, vel farculus, i.

Escarlata. Conchylium, ii. Murex, icis. Ostrum, i. *Cosa de escarlata.* Ostrinus, conchyliatus, a, um.

Escarmiento. Cautio, documentum, ex proprio, vel alieno malo. *Poner escarmiento à otros, para que ninguno &c.* Documentum statuere, severitatis exemplum in aliquem edere, nequis in posterum &c. *Aborcaronle para escarmiento de otros.* Aliorum exemplo in furcam actus est.

Escarmentar. Capere ex proprio, vel alieno periculo documentum. *En cabeza agena.* Alieno malo, aut periculo sapere, discere, doceri, cautum esse. *Escarmientan à su costa.* Piscator ictus sapit, & stultus malo accepto. Quæ nocent, docent.

Escarmentado. Suo, vel alieno periculo doctus, cautus, prudentior.

Escarnecer. Irrideo, illudo, derideo, es. Ludibrio aliquem habere, suspenso naso irridere.

Escarnio. Irrisio, illusio. *Mira el escarnio que hace.* En nasum hominis aduncum. Vide ut uncis naribus illudit.

Escarnecedor. Irrisor. Vide *Fisgon.*

Escarola. Intubus, & intubum, vel intybus, & intybum, i.

Escarpa de la muralla. Ima muri declivitas. Murus à summo leviter inflexus.

Escarpia. Clavis uncinatus, aduncus.

Escarpin. Udo, nis. Calceus lineus.

Escarvar. Pedibus scalpere, excavare terram. Unguibus circumcirca scalpurire. *Escarba para echarse.* Jam meditatur casum, vacillat, labat, titubat, hæsitat concionator, prope est ut deficiat, & oneri succumbat.

Esenso. Parcus, deparcus, sordidus, restrictus. *Esenssamente.* Parcè, illiberaliter. *Mas esenssamente, de lo que pide la grandeza de la materia.* Angustius, quam rei ampitudo postulat. Siccius, ac minutius, quam pro rei amplitudine.

Esenseza. Parcitas, illiberalitas, parsimonia, sordes, tenacitas, tis.

Escatimar algo. Rem admordere, aliquid de illa carpere, detrahere, abradere, ut quasi mancam, & debilem illiberaliter dones.

Escarbar las viñas. Vites ablaqueare.

Esclarecer. Vide *Aclarar, è Ilustrar.*

Esclarecido. Clarus, splendidus, inclytus, præclarus, illustris.

Esclavina de peregrino. Pelliceum humerorum amiculum.

Esclavo. Servus, i. Mancipium, i. *Hazerle esclavo.* In servitutem illum abducere, abstrahere, abripere.

Esclavo herrado. Stigmaticus servus, compunctus notis Threiciis, cui nota servitutis insita est. *Con pie de amigo, ò virote.* Purcifer. *Nacido en casa.* Verna, æ. *Libertado ya.* Libertus, i, manumissus. *Con esso me aveis echado una s, y un clavo.* Hoc uno beneficio jure mancipii, & jure nexi me tibi obstrictum do.

Esclava. Ancilla, æ. Serva, æ. *La que nace en casa.* Verna, æ. Vernula, æ. *Libertada ya.* Liberta, æ, manumissa.

Esclavitud. Servitus, utis.

Escoba. Scopæ, arum. *Escobilla de cerdas.* Scopula setacea.

Escobajo de ubas. Scapus, vel scopus, i.

Escoda. Scalprum lapicidæ.

Escofia. Vide *Cofia.*

Escofina de entallador. Scobina, æ.

Escoger. Eligo, deligo, seligo, is. *Escoge uno de dos.* Optandi potestatem habes. Optio tibi datur, ut è duobus alterum deligas. Utrum mavis eligo. *En ruin ganado poco ay que escoger.* Mali thripes, mali ipes. Non magni refert, utrum eligas. *Saber escoger.* Scienter eligere.

Escogido. Electus, egregius, eximius. *Gente de guerra escogida.* Delectus militum. *Escoger gente para la guerra.* Habere delectum militum. Legere milites.

Escolar. Vide *Estudiante.*

Escolios. Scholia, orum.

Escollo. Scopulus, i.

Escolopendra, yerva. Asplenum, i. Scolopendrion. Ceteracum, i.

Escolta. Subsidium, i. *Estar de escolta.* In subsidio esse. *Soldados de escolta.* Subsidiariæ cohortes.

Escombrado lugar. Locus expeditus.

Esconder. Occulto, as. Celo, as. Abdo, is, tego, condo, abscondo, recondo, is.

Esconderse. Abdere se in aliquem locum. Latebris se occultare, se in latebras conjicere, se in locum abditum detrudere, alicubi delitescere. *No se le esconde nada.* Nihil illum fugit, fallit, latet. Omnia novit.

Escondido. Abditus, occultus, obstrusus. *Estar escondido.* Lateo, es. *Tener algo escondido.* Clàm aliquid habere. *La verdad esta escondida.* Latet in occulto verum, nec facilè invenitur. *A escondidillas.* Clàm, clanculum.

Escondrijo. Latebræ, arum, latibulum.

Escopeta. Sclopus, i. Sclopetum, i. *Escopetazo.* Ictus sclopeti.

Escopetero. Sclopetarius, ii.

Esclo-

Escoplo. Scalprum fabri lignarii.

Escoria. Scoria, æ. Metallorum purgamenta. *De la plata.* Helcysma, tis.

Escorpion. Scorpius, ii. Nepa, æ.

Escorzado en pintura. Catagraphe, es.

Escorzonera Herba viperina.

Escorzuelo del trigo. Excreta tritici minuta. *De los parpados.* Hordeolum, i.

Escotar. Conferre pecuniam in commune, pro rata portione contribuere. *Para una cena.* Symbola conferre in cœnam. *El que escota.* Collator symboli. *Comer, y no escotar.* Asymbolum cœnare.

Escotado jubon. Thorax decoilatus.

Escote. Symbolum, collecta, collatio. *Concebido à escote.* Vulgo conceptus, incerto patre natus.

Escozer. Acriter dolere. *Mucho escueze la herida.* Acriter prurit vulnus, acri dolore afficit. *Mucho le escoció lo que le dixiste.* Oratio tua illum alte pupugit, non leviter hominem perstrinxit.

Escozimiento. Acris pruritus vulneris, acris plagarum dolor. Morsus doloris acer. *El de las hortigas.* Uredo, inis.

Escriño. Corbis, is.

Escritorio de Escrivano. Tabularium, ii. Tablinum, i. Grammatophylacium.

Escrivano. Scriba, æ. Scriptor, oris.

Escriviente. Librarius, amanuensis, is.

Escrivano real. Scriba publicus. Actuarius, ii. Regius tabularius. *Escrivano mayor.* Primicerius, ii. *Escrivanias.* Theca penuaria, & atramentaria. *Oficio de Escrivano.* Tabellionatus, us. Scribæ munus.

Escrivir. Scribo, is. Conscribo, is. Exaro, as. *Con abreviaturas.* Notis litterarum scribere. Notis in scribendo uti.

Escrivir para enseñanza de los venideros. Prodere memoriam alicujus rei posteris. Ingenii monumenta posteritati mandare, tradere, commendare.

Escrivir algo en verso. Versibus aliquid persequi, comprehendere. *Menos sentirè tu ausencia, si me escribes à menudo.* Tolerabilius feram igniculum desiderii tui, si crebris me litteris interpelles. *Què no me ayas escrito en tanto tiempo!* Abs te tandiu nihil litterarum? *No tengo que escriviros.* Impedior inopia rerum, quæ nullæ sunt litteris dignæ.

Escrivirè vuestras hazañas. Res à te gestas memoriæ prodam, oblivione vindicabo, è tenebris in lucem vocabo, posteritatis memoriæ consecrabo, amplissimis monumentis ornabo, illustrabo, celebrabo.

Escrivir contra alguno. Invehi in aliquem. Stylum in eum distringere.

Escrivir el gasto. Expensum ferre. *Lo que se bebe no se escrive.* Vini sumptus in rationem non inducitur.

Escrito. Scriptum, i. *De mano propia.* Autographum, i. *Hablar por escrito.* De scripto dicere.

Escritor. Scriptor, author, oris.

Escritos. Scripta, monumenta, orum.

Escritura. Scriptura, scriptio, scriptum.

Escritura de Escrivano. Litteræ publicæ, tabulæ, arum, acta, orum. *De obligacion.* Nomen, inis. *En membrete.* Tumultuariæ tabulæ. *Para guardar como registro.* Tabulæ in ordinem digestæ, quæ posteris fidem faciant. *Escritura falsa.* Adulterinæ tabulæ, suppositiæ. Vide *Falsear.* *Hacer una escritura en forma de derecho.* Instrumentum publicum conceptis verbis conficere, authoritate, & fide publica obsignare, munire. *No ay quien sepa hacer una escritura de fianza.* Nemo est, qui vadimonium concipere possit.

Escriturario. Sacrarum litterarum interpres, expositor, professor.

Escrupulo. Religio, scrupulus, i. *Esto me hace escrupulo.* Hoc mihi in religionem venit, religionem injicit. *Dexolo por escrupulo.* Religione teneor, quò minus id efficiam. *Yo no hago de esso escrupulo.*

Id ego religioni non habeo. Id mihi religionem non affert. *Picado del escrupulo.* Religione tactus. *Poneis escrupulo donde no le ay.* Fictæ religionis mihi nomen inducis. *Sacar de escrupulo.* Animum religione solvere, exsolvere, eximere, liberare.

Escrupuloso. Nimis religiosus, scrupulosus, timidus, & anxius conscientiæ.

Escrutinio. Scrutinium, ii. Investigatio, disquisitio, nis. *Al primer escrutinio salió mi prebenda.* Prima suffragiorum diribitione dignitatem obtinui. Prima suffragatione, & calculorum supputatione Canonicus renuntiatus sum.

Escuchar. Auscultо, as. Avidis auribus excipere. *Escucharé desde aqui lo que dice.* Quid memoret hinc excipiam. *Escucha de Monjas.* Custos auscultatrix, monialibus appositа.

Escudero. Anteambulo, nis. Qui fœminam manu ducit. *Escuderear.* Manu fœminam ducere famulatus gratia.

Escudilla. Scutella, æ. Gabata, æ.

Escudo. Scutum, i. Clypeus, ei. *El pezon del medio.* Umbo, nis. *Escudo de oro.* Nummus aureus.

Escudarse. Scuto se tegere. Clypeo se defendere, munire, protegere.

Escudete de cerradura. Scutulum seræ.

Escudriñar. Scrutor, aris. Rimor, aris. Inquiro, is. Excutio, tis. *Escudriñador.* Scrutator, inquisitor.

Escuela de niños. Ludus litterarius.

Escuelas. Scholæ liberalium artium. Academia, æ. Palæstra literaria.

Esfuerzo. Bufo, nis.

Escueto. Vide *Desembarazado.*

Esculpir. Sculpo, insculpo, exculpo, is. In ære, aut marmore incidere.

Escultor. Sculptor, oris. *Escultura.* Sculptura, æ. *Cosa de escultura.* Sculptilis, e.

Escupir. Spuo, expuo, is. Conspuro, as, exscreo, as. Salivam regerere. *Escupes al Cielo, y caete en los ojos.* In Cœlum expuis. Cum diis gigantum more pugnas.

Escupiduras, ó postillas de la cara. Pustulæ, papulæ, boæ, arum.

Escuro. Obscurus, tenebricosus, caliginosus. *Por escuro no leo este libro.* Hujus libri obscuritas à legendo me deterret. *Andar à escuras.* In tenebris ambulare.

Escurecer. Obscuro, as. Tenebras offundere, afferre, obducere. Noctem, aut caliginem offundere, obscuritatem afferre. *Escuridad.* Obscuritas, tenebræ, caligo, inis. *Escuramente.* Obscurè.

Escurrir. Exhaurire. *Escurrirse el licor.* Diffluo, is. Perfluo, is. Guttatim liquorem exprimi. *Escurrideras.* Liquoris extremum, fœx, cis. Sedimentum.

Escusarse. Purgare se ratione reddita. Excusatione uti. Causam prætexere. Peccatum suum elevare, se extra culpam ponere, excusationem afferre. Culpam à se amovere, dimovere. *Escusase con su edad.* Ætatem in causam affert. *Escusase con que está enfermo, ó pobre.* Valetudinem, vel inopiam excusat, excusatur. *Escusase con que es muger.* Muliebre nomen prætexit. *Esso, mas es escusar la culpa, que evitarla.* Culpam magis deprecaris, quam caves. *No escuso de escrivirle.* Non possum quin litteras ad eum mittam. *Lo que se usa no se escusa.* Consuetudini parendum est. Contra morem, & usum ire non oportet.

Escusa. Excusatio, causa, purgatio, satisfactio. *Dà por escusa que está malo.* Morbum excusat, excusatur. *La escusa anticipada, arguye culpa.* Priori loco causam dicere quasi criminis confessio est. *Culpase, sin admitir escusa.* Tu me insimulas, nec satisfactionem accipis. *Tu tienes escusa, yo no.* Habet tua ratio exitum, mea nullum. Cic.

Escusada cosa. Supervacuus, superfluus, supervacuus, a, um.

Escusado, subsidio. Tributum Clero imperatum.

Esencia, Esencion, Esento. Vide infra. *Essencia, Essencion, Essento.*

Esfera. Sphæra, æ. Globus, i. *Esto es de otra esfera.* Hoc ad aliam classem pertinet.

Esfinge. Spinx, ingis.

Esforzar. Confirmo, as. Vide *Animar.*

Esforzarse. Erigere se, erigi, excitari, audere. *Esforzóse esta voz.* Invaluit, increbuit, percrebuit hic rumor.

Esforzado. Animosus, fortis, impavidus, præstanti animo.

Esfuerzo. Animus, i. Conatus, us. Robur animi. *Puso mucho esfuerzo en que &c.* Magnopere nisus est, enixè laboravit, quoad potuit, institit, nervos omnes contendit, ut &c. *Y no con menos esfuerzo peleaban los demás.* Nec segnius alii pugnabant.

Esgrima. Digladatio, nis. *Juego de esgrima.* Ludus gladiatorius.

Esgrimir. Digladior, aris. *Con espadas negras.* Rudibus batuere. Obtusis, & flexilibus gladiis ad pugnam exercere.

Esgrimidor. Gladiator, oris. *Maestro de esgrima.* Lanista, æ.

Esguazar el rio. Pedibus, vel equo flumen trajicere, transire.

Eslabon de cadena. Annulus ferreus. *Para herir el pedernal.* Ferrum, quo elicitur ignis ex silice, ignitabulum, i, tudicula igniaria.

Eslabonar. Necto, connecto, is. *Está tan eslabonado que &c.* Aliud sic ex alio pendet, ita sunt inter se connexa, ut &c. *Las virtudes están como eslabonadas entre sí.* Virtutes omnes quodam quasi vinculo, & cognatione inter se continentur. Cic.

Esmaltar. Auro, aut argento aliquid cælare, coloribus distinguere, perpolire.

Esmalte. Cælatura, æ. Autipigmentaria cælatura. *Esmalte son las letras del buen natural.* Naturæ dotes litteris perficiuntur. Ingenium doctrina excolitur, litterarum studio perpolitur.

Esmaltada cosa. Cælatus, a, um.

Esmeralda. Smaragdus, i. *Cosa de esmeralda.* Smaragdinus, a, um.

Esmerarse en algo. Impensè intentum esse in re aliqua perficienda, intentissimè in ea laborare. Omnem operam & industriam in ea collocare, in eam perpoliendam diligenter incumbere, omnesque ingenii, artis, & industriæ vires in illam insumere, effundere. Omni cura, & studio rem perpolire.

Esmerejón, ave de rapiña. Nisus, i.

Esmeril, piedra con que se biende el vidrio. Smiris, idis. *Esmeril de artilleria.* Tormentum bellicum brevius.

Espacio. Spatium, ii. *Entre tiempo y tiempo, lugar y lugar.* Intervallum, i. Intercapédo, inis. *Entre coluna y coluna.* Intercolumnium. *Entre ceja y ceja.* Intercilium. *Entre vena y vena.* Intervenium. *Entre remo y remo.* Interscalmium. *Entre dos ñudos.* Internodium. *Entre dos mundos.* Intermundium, ii.

Espacio de cinco años. Lustrum, i. Olimpias, adis. *De cien años.* Sæculum, i.

Espacio, ó tardanza. Tarditas, tis. Lentitudo, inis. Mora, æ. *Ir de espacio.* Pedetentim procedere. Lentè rem gerere, cunctantiùs agere. *Mirar, ó considerar algo despacio.* Maturè de aliqua re deliberare. *Hablar despacio.* Lentè verba facere. Sermone uti tardissimo. *Sobre esso hablarémos de espacio.* De hoc longus nobis aliàs sermo erit.

Espaciarse. Spatior, aris. Deambulo, as.

Espacioso, ancho. Spatiosus, amplus, vastus, latus, a, um. *Espacioso, tardo.* Tardus, tardigradus, lentus, a, um.

Espada. Ensis, gladius, ii. *Hombre de*

capa, y *espada*. Laicus homo, nullis litteris perpolitus, minimè eruditus.

Espada, pez. Xiphias, æ.

Espadachin. Sicarius, gladiator, is.

Espadero. Politor, oris. Gladiarius.

Espadar el lino. Linum rude adhuc, & infectum, quodam quasi gladio ligneo cædere, verberare.

Espadaña. Gladiolus plaustris.

Espalda. Tergum, dorsum, scapula, æ. *La del animal*. Armus, i. *Hacer espaldas à otro*. Hominem ad maleficium tegere, subsidioque suo audaciam ad flagitium illi facere. *Bolver las espaldas*. Terga dare, vertere. *A buelta de espaldas hace burla de ti*. Cum primum terga vertis, posticis fannis te prosequitur. *A espaldas de mi casa vive*. Ad posteriora domus meæ habitat.

Espaldas. Tergi munimen. *Espaldarazo*. Ictus gladii vagina tecti. *Darle de espaldarazos*. Ense vagina tecta illum percutere.

Espaldudo. Latus à tergo, & humeris.

Espalmar el navio. Vide *Brear*.

Espantar à uno. Terrorem alicui afferre, injicere, timorem incutere. Hominem terrere. In metum adducere, metu afficere, pertubare. Terrorem, & minas alicui objicere, vim, & manus intentare.

Espantarse. Consternari, exterreri. Terrore concuti, percelli, commoveri. Expavescere, exhorrescere, metu perturbari.

Espantado. Territus, metu perculsus, perterritus, pavefactus.

Espantadizo. Pavidus, meticulosus.

Espantajo. Terriculamentum, larva, æ.

Espanto. Terror, horror, pavor, oris.

Espantosa cosa. Terribilis, horribilis, horrendus, horrificus, formidabilis.

Esparavèl. Rete, quo capiuntur accipitres.

Esparcir. Spargo, dispergo, diffundo, is.

Esparcirse. Timorem abjicere. Laxare animum, exhilarari. Vide *Desencogerse*.

Esparrago. Asparagus, i.

Esparrancarse. Crura divaricare. *Estàr esparrancado*. Divaricatis cruribus stare, sedere.

Esparto. Spartum, i. *Cosa de esparto*. Spatteus, a, um. *Esparterо*. Spartarius, ii. *Esparteñas*. Caligæ spartei.

Espatula de Boticario. Ligula, æ. Spathula, æ. Specillum latum.

Especie de algun genero. Species, ei.

Especias. Aroma, tis. Aromaticæ species. *Especiero*. Aromatopola, æ. *Especieria*. Taberna aromatica. Vicus specturius.

Especial cosa. Peculiaris, præcipuus.

Especialmente. Præcipuè, præsertim, peculiariter, singillatim, sigillatim.

Especificar algo. Singillatim aliquid exprimere, nominare, declarare.

Espectaculo. Spectaculum. *Lastimoso espectaculo*. Miserabilis facies.

Especulacion. Meditatio, contemplatio. *Especulativa ciencia*. Scientia speculatrix.

Espejo. Speculum, i. *Mirarse à èl*. Imaginem suam in speculo intueri, contemplari. *Componerse al espejo*. Speculum consulere, ad ejusque speciem crines fingere, faciem & caput ornare, componere.

Espejuelo. Specularis lapis.

Espelta, especia de trigo. Spelta, æ.

Espeluzarse. Vide *Erizarse*.

Espeluznado. Hispidus, hirsutus.

Espender. Expendo, is. Dispendo, is.

Espera de cazador. Expectatio, nis. Mora, æ. *Estàr en espera de algo*. Expecto, as. Prætolor, aris. *Hombre de espera*. Prudens cunctator, spei retinens, dilationis patiens. *No tiene espera*. Cunctari nescit. Levis est, & præceps, dilationis impatiens.

Esperança. Spes, ei. *Poca esperança*. Spes tenuis, exigua, pertenuis. *Hombre sin esperança*. Expes.

Grande esperança tengo de la victoria. Magna me tenet victoriæ spes. Magnam victoriæ spem concepi. Calet animus spe victoriæ. Veni in magnam spem, spes mihi magna injecta est, magna in spe sum, in spem victoriæ non dubiam adducor. Ad victoriæ spem inclinat animus. In spem ingressus sum, adductus sum, erectus sum victoriæ consequendæ.

Engañome mi esperança. Mea me fefellit spes. Decepit, delusit, frustrata est. O fallaces spes & inanes! Huccine spes meæ, ac vota reciderunt? Omnes spes meæ penitus conciderunt, evanuerunt. De spe, conatuque dispulsus sum. Longe aliter, atque sperabam, accidit, evenit.

No tengo ya esperança de remedio. Omnem salutis spem deposui, amisi, abjeci. Magna desperatione afectus sum. Omnis mihi salutis spes erepta est, adempta est, sublata est, extorta est. Spe decidi. Spe detrusus, deturbatus, dejectus sum. Actum est de me. Perii.

Dàr à uno buenas esperanças. Spem alicui injicere, ostendere. In spem magnam aliquem vocare, erigere, excitare, incendere, impellere.

No dà esperanças de esso. Non sic affectus est, ut hoc ab eo sperare debeamus.

POR (*en lugar de*) Pro. *Tenian à sus padres por maestros.* Parentes illis pro magistris erant. *Ponen unas palabras por otras.* Verba pro verbis summittunt. *Suponen cosas dudosas por ciertas, y assentadas.* Dubia pro certis, & concessis sumuntur. *Tienen lo verdadero por falso.* Vera pro falsis damnant. §. *De este genero son,* Pro facto, vel comperto aliquid habere. Pro decreto putare. Ambiguum pro certo concedere. Verbum pro verbo reddere. Pro deliciis crudelitas illi fuit. Id mihi erat pro explorato, vel pro desperato. Pro victis habeto. Pro occiso relictus est. An hoc pro beneficio habendum est? Cic.

POR (*paga, ò recompensa.*) Pro. *Por sus servicios pide que le premien.* Pro suis in Regem meritis præmia petit. *Què maravilla que tomasse algo por el daño, que le hicieron?* Quid mirum, si pro illato sibi damno aliquid avertit? *A siete reales pide por libra.* Septenas drachmas indicat in singulas libras, vel pro unaquaque. *Echaba de tributo quatro reales por cantara.* Quaternos denarios imperabat in amphoram, vel in singulas, vel pro unaquaque &c.

POR (*mas que*) Quamvis, quantumvis, quamlibet, si maximè. *Por bien que lo discurras, no darás en lo que es.* Quamvis sapienter cogites, ænigma non solves. *No podràs, por eminente que seas.* Non possis, quantumvis licet excellas. *Que lo fingido, por mas que se recate, se trasluce.* Prodit enim se, quamlibet custodiatur, simulatio. *No lo conseguirás, por mas que hagas.* Non perficies, si maximè conaris. Non queas, si maximè cupias.

Por algo es. Non temere est. *Por algo temes tu ya.* Non temere est, quod tu jam times. *Por algo lo dicen.* Non temere fama natci solet. Cic.

Por algun lugar, ò parte. Aliquà.

Por donde? por què parte? Qua? *Por la mayor parte.* Plerumque. Ut plurimum. *Por la parte que me cabe.* Pro rata parte. Quod ad me attinet. *Mucho ay que decir por una, y otra parte.* Multa in utramque partem dici possunt. Vide *Parte.*

Por algun poco de tiempo. Aliquantisper. Aliquandiu, parumper, paulisper.

Por aqui, ò por acà. Hac. *Por alli, ò por acà.* Illac. *Por acà, y por acullà.* Hac, & illac. *Por ahi passamos el rio.* Istac flumen trajecimus. *Por ahi lo dicen.* Vulgò dicitur.

Por ahora. Ut nunc est, ut nunc se habet. *Por el presente.* In præsens, in præsenti. Vide *Ahora*, y *Presente.*

Por cierto. Profectò sanè, certè. Quidem, equidem. *Por cierto, si por cierto.* (ironicè) Videlicet, scilicèt, verò. *Mucha merced me hace por cierto en darme mejor lugar, que à sus criados.* Multum

vero

verò mihi præstat, quod me famulis suis præferat.

Por de dentro. Intus, intrinsecus.

Por defuera. Foris, extrinsecus.

Por delante. A fronte, ex adverso.

Por detrás. A tergo.

Por demás es. Supervacaneum est.

Por dicha. Fortè. *Si por dicha le encuentras.* Si fortè tibi occurrerit.

Por encima. Supernè, super.

Por debaxo. Infernè, subter.

Por donde quisieres, por do quiera. Quilibet. *Por do quiera que.* Quacunque.

Por entontes. Per id tempus, interim, tunc.

Por esso. Ideo, idcirco. Propterea, proinde. *Por esso tened entendido, que tengo de combatir la Ciudad.* Proinde sciatis licet, me urbem oppugnaturum. Cui.

Por extenso. Fusè, latè. *Ponerlo por extenso.* Fusè aliquid exponere, dilatare, explicare.

Por el contrario. Contra, è contrario.

Por lo qual. Quare, quocirca, quamobrem.

Por mucho que. Quantuncumque, quantumvis.

Porcelana. Vas Sinense.

Porcion. Portio, onis.

Porcionista. Alumnus, i.

Pordiosero. Mendicus, i.

Porfia. Contentio, altercatio, pertinacia. *A porfia.* Certatim.

Porfiar. Contendo, is. Decerto, as. Altercor, aris. *Con voces, ò con razon.* Jurgio, aut jure contendere. *Porfias en valde.* Tricare mihi videris, & milium terebrare. Contra torrentem niteris. Contentionis funem trahis. Contra tendis, & non pertendis. *No me hagas bolver à porfiar.* Noli me ad contentionem nostram revocare. *Si porfias, dexarélo.* Si duriorem te præbes, non contendam amplius.

Porfiado. Pertinax, contumax, pugnax, contentiosus, pervicax, cis. *Porfiadamente.* Pertinaciter, contentiosè, obstinatè.

Porfido. Porphyrius lapis.

Poros. Pori, orum. Meatus, us.

Poroso. Porosus, a, um.

POR poco (*de quien pondera.*) Pœnè, Tantum non. Parum abfuit quin. *Por poco no caì en manos de enemigos.* Pœnè ab hostibus exceptus fui. Tantum non in hostium potestatem veni. Prope est factum, ut in hostes inciderem. Parum abfuit, quin ab hostibus exciperer.

Por poco. Quantuluscunque. *Con la humedad, por poca que sea, se pudre.* Quantulecunque humore corrumpitur. *Por poco que dés, será bien recibido.* Quantuluncunque tribuas, gratum erit.

Por quanto. Quoniam. Cum. *Por quanto estamos informados, que no tienen culpa, les damos por libres.* Cum ex quæstione certum nobis sit, vel quoniam ex quæstione certum nobis est, eos culpa vacare, crimine absolvimus.

Por quanto no! Quam pænè! Quantulum abfuit quin! *Por quanto no me cogiò, al caerse la casa!* Quàm pænè tecti ruina oppressus fui! Quantulum abfuit, quin domesticis ruinis involverer!

Por què (*de quien pregunta.*) Cur, quare, quid ita? Quid est quod?

Por què le miras con ceño? Cur illum torvè intueris? *Por què estas mal con él?* Quid ita illum aversaris? *Por què has de creer, que te hace mal tercio?* Quid est quod illum tuis rationibus obstare credas? Cur illum tuis commodis obliquum, & infensum putes?

Porque (*de quien responde, ò da razon.*) Quia, nam, namque, enim, etenim. *Por què no logras essa ocasion?* Quin tu urges occasionem istam? *Porque no me está bien hacer tan apretadas diligencias.* Quia me tantopere conari non decet. *Porque no es cosa, que se debe tomar con tanto empeño.* Nec enim res est tanta contentione digna.

POR què no? Quin? Cur non? Quare non?

Por què no sales? Quin prodis? *Por què no callas?* Quin taces? *CON el modo potencial* Por què no? *es* Quidni? *Por què no avia de venir, aviendole llamado?* Quidni vocatus veniret? *Por què no has de obedecer?* Quidni pareas?

Porque con subjuntivo) Ut. *Porque no.* Ne. *Porque entiendas quan atento soy à lo que es justicia.* Ut intelligas, quantum justitiæ tribuam. *Y porque no pensasses, que tiraba à engañarte.* Simul ne existimares, me tibi fucum adornare.

No porque, sino porque. Non quòd, sed quod. Non quod, sed quod, vel quia. *No porque tuviesse mucho que hacer, sino porque no gustaba de su conversacion.* Non quo negotia urgerent, sed quo hominis loquacitas ingrata erat.

**No, porque no, sino porque.* Non quin, sed quod, vel quia. *No porque no sea bueno el matrimonio, sino porque es mucho mejor el estado Religioso.* Non quin matrimonium sit probandum, sed quia status religiosus longè præstat. *No porque no conocen lo que es mejor, sino porque quieren vivir à sus anchuras.* Non quin videant quid sit optimum, sed quod genio indulgere juvat.

NO porque &c. por esso. Non continuò, si. Non si &c. utique. *No porque ande con valientes, soy valiente.* Non continuò, si me in gregem fecariorum contuli, sum fecarius. *No porque lo pidas, te lo han de dar.* Non continuò, si petas, obtinebis. Non si petas, obtinebis utique.

Porquero. Subulcus, i. Porcorum custos.

Porqueria. Sordes, ium. Immunditia.

Porra. Clava, æ. *Porrazo.* Ictus vehemens clava, aut fuste inflictus. *Es un porro.* Stolidus est, atque hebeti ingenio.

Porretas. Porracea folia.

Por si, por si acaso. Si fortè. *Por si acaso le encuentras.* Si fortè in eum incides.

Portada. Facies templi, aut ædium. *La buena portada honra la casa.* Honesta facies hominem commendat.

Portàl. Vestibulum, i.

Por tanto. Proinde, ideo, quamobrem.

Portarse bien en algo. Benè, præclarè se gerere in re aliqua. *Portarse como Ciudadano.* Gerere se pro cive.

Portador. Gerulus, i. Lator, oris.

Portatil cosa. Gestatorius. Ut sella gestatoria, scalæ gestatoriæ.

Portamantèo. Vide *Maleta.*

Portante bueno. Gradarius passus equi.

Portazgo. Portorium, ii. Vectura, æ.

Portazguero. Portitor, oris.

Porte de acarréo. Merces pro vectura. *Pagar el porte.* Solvere pro vectura, aut pro re allata.

Porte de Cavallero. Cultus corporis splendidus. *Hombre de buen porte.* Ornatus vir.

Portero. Janitor, portæ custos. *De casa de señor.* Atriensis, is.

Porteria. Cœnobii, aut Collegii janua.

Portillo. Muri ruina. Aditus in oppidum per muri ruinam.

Por ventura. Forsan, forsitan, fortassis, fortasse. *Por ventura?* (*Preguntando*) An, num; numnam, ecquid, nunquid? Vide *Acaso.*

Posar. Diversor, aris. Diverto, is. Hospitor, aris. *Posada, ò Meson.* Diversorium, hospitium, ii. *Posada de Soldados, ò Estudiantes.* Contubernium. *Los de una posada.* Contubernales.

Posadero. Sedes, is. Podex, icis.

Poso. Fæx, cis. Sedimentum, craſſamen.

Pospelo. Pilus adverſus. *Vino à pospelo.* Præpoſterè poſitum eſt, contra, ac debuit.

Posponer. Poſtponere, poſthabere.

Pospuesto. Poſthabitus.

Possedor. Poſſeſſor, oris.

Possеer. Poſſideo, es. Eſſe in poſſeſsione, re poſſeſſa frui. Rem habere, tenere. *Possеer con buena, ò mala conciencia.* Bonâ, vel malâ fide poſſidere.

Possession. Poſſeſsio, nis. *Tomar possession de algo.* In poſſeſsionem alicujus rei venire. Pedem in poſſeſsionem inferre, pedem in poſſeſsione ponere. *Pleytear por la possession.* Poſſeſsionis cauſa litigare, depugnare. *Pedir la possession, mientras se averigua el dominio.* Poſſeſsionem per interdictum repetere.

Possessiones. Prædia, fundi, paſcua, vineæ, horti, orum. *Echar à uno de su possession.* Dejicere, depellere, detrudere aliquem de prædio, de poſſeſsione deturbare.

Possible. Poſsibilis, e. Quod fieri poteſt. *Possible es que venga.* Fieri poteſt, ut veniat. *Dixe con la brevedad possible la importancia de el negocio.* Rei magnitudinem expoſui, quàm potui breviſsimè. *Procuraré dar de enfado lo menos que es possible.* Curabo, ut quàm minime moleſtus ſim.

Haré en esso todo lo possible. Omnem meam operam, ſtudium, & induſtriam polliceor. Omnem curam, & diligentiam rebus tuis impendem, adhibebo, nullaque re tibi deero. Quantum potero conabor, quoad potero contendam, nervos omnes contendam, eminus, & comminus pugnabo, nihil non tentabo, ut rem perficiam.

ES possible? Itane verò? *Es possible que se resiste con tanta porfia?* Itane verò obſtinare repugnat? *Es possible que está tan pobre?* Itane verò inopia laborat?

Possibilidad. Facultas, poteſtas, copia.

Posta. Veredus, i. *El que la corre.* Veredarius, ſii. Curſor. *Ir por la posta.* Mutatis ſubinde equis pervolare. *Hacer algo à posta.* Conſultò aliquid facere.

Postas de arcabuz. Plumbei ſcrupuli.

Poste. Columna lignea, fulcrum, i. *Oler el poste.* Inſidias cavere. Dolum præſentire.

Postema. Vomica, æ. Apoſtema, tis. Suppuratio, abſceſſus, us. *Apostemarse.* Suppuro, as.

Posteridad. Vide *Descendencia.*

Postigo, ò puerta falsa. Poſticum, i. Poſticulum, i. Poſtica, æ. *Postigo de la puerta.* Oſtiolum, quod eſt intra januam. *Bastidor del postigo.* Poſtis, is.

Postilla de sarna, ò bubas. Puſtula, æ.

Postillón. Veredarius, ii. Vide *Posta.*

Postizo. Aſcitus, ſubditius, a, um.

Postrar. Proſterno, is. *Postrarse.* In terram ſe abjicere. Ad pedes alicujus provolvi, procumbere. *Postrado tengo el apetito.* Guſtandi ſenſus mihi torpet. Ab omni cibo abhorreo.

Postre, ò fin. Finis, is. *A la postre.* Ad poſtremum, ad extremum, ad ultimum. *Dexarlo para la postre.* In finem aliquid rejicere. *Postres de mesa.* Menſæ ſecundæ. Bellaria, orum.

Postrero. Poſtremus, extremus, ultimus, noviſsimus. *Ruin sea el postero.* Occupet extremum ſcabies.

Postura en el juego. Pecuniæ poſitio. *Pagar la postura.* Tantundem reponere. *Postura en el precio.* Pretii præſcriptio. *En almoneda, ò venta.* Licitatio. *Postura en el hombre.* Figura hominis ſtantis, ſedentis, aut jacentis.

Potage. Juſculum, i. Vide *Guisado.*

Potencia. Potentia, æ. Poteſtas. *Haré todo lo de potencia en orden à &c.* Quantum potero contendam, ut &c. Vide *Posible.*

Poten-

Potentados. Dynaſtæ, arum. Magnates.

Potra. Hernia, æ. Ramex, icis. Enterocela, æ. *Potroso.* Herniоſus. *Potrero.* Herniarum medicus. Qui enterocelas ſecat.

Potranca. Equa bima, aut trima.

Potro. Pullus equinus. Equulus bimus. *Potro de dar tormento.* Equuleus, ei.

Poyo. Sedile ſaxum, aut terreum parieti adſtructum. Podium, i.

Poyata. Abaculus in pariete, in quo vaſa, lances, &c. reponuntur.

Poynos de las cubas. Ancònos, um.

Pozo. Puteus, ei. *Mi gozo en el pozo.* Rupta anchora. Gaudium evanuit, ex inopinato in triſtitiam abiit. *Agua de pozo.* Aqua putealis, vel puteana.

Pozero. Putearius, ii. Qui puteos fodit.

P ANTE R.

Practica. Praxis, is. Actio, nis.

Practica cosa. Practicus, activus. *Hombre practico.* In re aliqua verſatus, exercitatus, ſpectatus.

Practicar. Vide *Exercitar. Ya esso no se practica.* Id jam in deſuetudinem abiit, jam id deſitum eſt. Exolevit jam iſta conſuetudo.

Prado. Pratum, i.

Praderias. Paſcua, orum.

Preambulo. Proloquium, præfatio, nis.

Prebenda. Beneficium Eccleſiaſticum.

Prebendado. Canonicus, i. Eccleſiaſtico beneficio præditus, ornatus.

Preboste. Præfectus, i. Præpoſitus, i.

Precedencia. Præſtantia, æ. Primatus, us.

Preceder. Præcedo, antecedo, præeo, is.

Predecessor. Anteceſſor, oris.

Precepto. Præceptum, i. *En materia de enseñanza.* Præceptio, nis, præceptum.

Preceptor. Præceptor, oris. Magiſter, tri.

Precio. Pretium, ii. *Poner en precio.* Liceor, eris. Licitor, aris. *Preciosa cosa,* Pretioſus, a, um. Res magni pretii.

Preciarse de algo. Glorior, aris. Se de majoribus jactare, vel majores ſuos jactare. *Preciase de esso.* Id ſibi gloriæ ducit. Id ſibi ampliſsimum, pulcherrimum cenſet. Ea de re gloriatur. Id maximè jactat. In eo ſe valde amat. *Si os preciais de Christiano.* Si Chriſtiana religio cordi tibi eſt. Si Chriſtiana pietas tanti tibi eſt. Si Chriſtum verè amas.

Precipicio. Vide *Despeñadero.*

Precipitar. Præcipito, as. Vide *Despeñar. Precipitarse.* Nimium properare. Præproperè, & immaturè rem gerere. Temere, & inconſultè agere. *Precipitado.* Præproperus, præceps, itis. *Precipitacion.* Præpropera feſtinatio. Præcipitatio, præcipitantia, æ.

Preciso. Vide *Forzoso.*

Precisamente. Vide *Forzosamente.*

Precision. Præciſio. Conciſa brevitas.

Precito. Præſcitus. Non prædeſtinatus.

Predestinar. Prædeſtino, as. *Predestinacion.* Prædeſtinatio, nis. *Predestinado.* Prædeſtinatus, præordinatus ad gloriam.

Predicar. Concionor, aris. Concionem ſacram habere. *Predicar desengaños.* Salutis æternæ viam populo oſtendere, monſtrare, fidei Chriſtianæ documentis erudire. In peccandi licentiam vehementius invehi. Salutis æternæ incuriam tragicè lamentari. Noviſsimorum memoriam in auditorum animis defigere. Mortis improviſæ metu peccatores à vitiis deterrere. Extremi judicii anguſtias in memoriam revocare. Pœnas inferni æternas cum voluptatis brevitate componere.

Predicar mas con el exemplo, que con palabras. Re magis, quam verbis philoſophari. Exemplo præire.

Predicador. Concionator, oris. Eccleſiaſtes, æ. Divini verbi præco. Vide *Mover, y Eloquente.*

Al Predicador es este. Magna est huic oratori dicendi tenuitas: frigida est, & inepta ejus actio: verborum inopia laborat, non rerum copia, non sententiarum opportunitate auditorum animos allicit, non flosculis delectat, verborumve figuris. Nihil ex arte dicit.

Es predicador de cartapacio. A codice ne verbo quidem uno discrepat. A suis commentariolis non discedit. Videtur quasi dictata decantare. Nihil affert de suo.

El Predicador no afecte hablar culto. Vitium est in concionatore, vel maximum, à trita, & vulgari dicendi ratione, atque à consuetudine communis sensus abhorrere, dictionisque acumina paulo secretiora, veluti sensa mysteriorum consectari.

El Poco auditorio desanima al Predicador. Auditorum paucitas concionatoris animum infringit. Languet oratoris animus auditorum paucitate. Maximè debilitatur dicendi contentio vacuo ab auditoribus loco.

Predominar un humor. Prægravo, as. Pituita redundat, prægravat. Flava bilis emicat, in corpore dominatur.

Preeminencia. Præstantia, excellentia.

Preeminente. Præstans, excellens, tis.

Prefacio. Præfatio ad sacrum canonem.

Preferir. Præfero, præpono, antepono.

Pregón. Præconium, ii.

Pregonero. Præco, nis. *En almoneda.* Circulator auctionis. *Seré pregonero de tus alabanzas.* Me tuarum laudum, rerumque gestarum buccinatorem fore polliceor.

Pregonar. Prædico, as. Præconis voce aliquid edicere, promulgare. *Pregona vino, y vende vinagre.* Aliud re, aliud verbis ostendit. Hostis consilia cave amica credas. Hostium munera non munera.

Pregunta. Rogatio, interrogatio, rogatiuncula, interrogatiuncula, percontatio.

Preguntar. Rogo, as. Interrogo, as. Quæro, is. *Con curiosidad de saber.* Scisciter, aris. Percontor, aris. *Quien pregunta no yerra, si la pregunta no es necia.* Rogatio reprehendi non debet, nisi inepta sit. *Preguntar à alguno, que te và à ti en esso?* Roget aliquis, quid hoc ad te?

Prelado. Præsul, ulis. Antistes, itis.

Prelada. Antistita, æ.

Prelacia. Præsulis dignitas, munus.

Prematica. Edictum, i. Decretum, i.

Premio. Præmium, ii. *Que se dà al vencedero.* Bravium, ii. *Grandes premios os esperan.* Magna te expectant præmia. Certissima, & amplissima te manent præmia. Egregia tibi præmia proposita, constituta sunt. Præmia virtuti tuæ debita, haud dubiè sperare potes.

Premiar à uno. Præmiis aliquem afficere, donare, decorare. Præmia alicui dare, deferre, tribuere, donare, largiri, persolvere.

Prenda. Pignus, oris. *De amor.* Signum benevolentiæ, amoris monumentum. *Dar en prendas.* Pigneror, oppigneror, aris. *No me iré sin llevar prenda vuestra.* A te sine corollario non discedam. *Es hombre de grandes prendas.* Dotes habet à natura præclaras. Vir est ingenii, & eloquentiæ dotibus insignis, domi, militiæque clarus, scientia, & virtute clarissimus.

Prendarle, ò tomarle prenda. Pignus alicui detrahere, ab eo capere. *Prendado de su hermosura, y buenas partes.* Ejus pulchritudine, & corporis, animique dotibus captus, & illectus.

Prender à uno. Hominem capere, tenere, apprehendere, manum illi injicere. *Yo dexarme prender?* Ego capi sustineam? me teneri patiar? manum mihi injici sinam? *Prender con alfileres.* Aciculis prehendere, figere, tenere.

Prenderla la planta Radices agere, succum ex terra trahere. Coalesco, is. *No prenden los enxertos.* Arbores insita non mittunt.

Prendiòse fuego en el techo. Ignis tectum invasit, corripuit. Tectum concepit ignem, igne succensum, correptum est.

Prendedero. Fibula, æ. *Prender con èl.* Infibulo, as. Fibulam injicere.

Prendimiento. Comprehensio, nis.

Preñada. Prægnans, gravida, fœta. *Palabras preñadas.* Verba minarum plena.

Preñez. Prægnatio, nis. Graviditas, tis. *Què preñezes son essas?* Quid latus parturi?

Prensa. Prælum, i. *Meter en prensa.* Prælo aliquid supponere. Vide *Pretina.*

Prensar. Prælo aliquid submittere, premere, exprimere, urgere.

Prenuncios. Indicia, signa, orum.

Preparar. Paro, as. Comparo, præparo.

Preparacion. Præparatio, præmunitio.

Preparado. Paratus, præmunitus.

Preponderar. Prægravo, as.

Preposicion. Præpositio, nis.

Prepucio. Præputium, ii.

Prerogativa. Præstantia, excellentia.

Presa, ò rodo. Præda, æ. *Presa de molino.* Cataracta, æ. Obex, quo aquæ cursus temperatur.

Presagio. Præsagium, omen, auspicium.

Presbytero. Sacerdos, tis. Presbyter, i.

Presbyterio. Adita, orum.

Presèa. Cimelium, ii. Vide *Joya.*

Presencia. Conspectus, us. Præsentia, æ. *Linda presencia de hombre.* Lætissima hominis facies, pulchra, venusta. *En presencia del Corregidor.* Coram Prætore, præsente Prætore, in conspectu ejus, in oculis ejus. *Con què cara he de parecer en su presencia?* Quo ore in conspectum ejus me commiserim? Quo ore in conspectum ejus veniam, ingrediar, prodeam? In conspectu ejus appareamne?

Presentacion. Nominatio, præsentatio.

Presentado. Nominatus, præsentatus.

Presentar el patron. Eligere, nominare, præsentare beneficio dignum. *Presentar testigos.* Testes producere, dare, adhibere. *Prestar, ò dar algo.* Munus offerre, deferre. *Presentaronme un cavallo.* Equo donatus fui ab amico. Equum dono accepi.

Presentar papeles. Chirographa deferre, exhibere, proferre.

Presentarse al Juez. Sistere se ad judicem, in judicio comparere.

Presente, ò don. Munus, eris. Donum, i. *Que se dà al huesped.* Xenium, ii. *Al Embaxador.* Lautia, orum. *Hacer, ò enviar algun presente.* Munus alicui deferre, offerre, donare, largiri. Dona, re Muneribus, aut donis aliquem afficere.

Presente cosa. Præsens, tis. *Estar presente.* Adsum, es. Adstare, præsentem esse. *A presente por el presente.* In præsenti, in præsens, in præsentia, in præsentiarum.

Siempre os tengo presente. Mihi ante oculos lies, noctesque versaris. Te præsentem intueri assiduè mihi videor. Tua mihi semper occurrit imago. In oculis assiduè te fero. Frequens subit imago tui. Tuus mihi vultus ob oculos semper versari videtur. Nunquam animo meo excidit imago tui.

Preservar de contagio. Medicamentis aliquem præmunire, innoxium servare. *Preservativo.* Antidotum, vel antidotus, i. Amuletum, i. *Preservador.* Servator, is.

Presidir. Præsum, es. Præsideo, es. *En acto de letras.* E superiore loco propugnantem defendere, protegere, tueri, præsidio suo tegere, vindicare.

Presidente. Præses, idis. Qui præest.

Presidencia. Præsidis munus, dignitas.

Presidio. Præsidium, ii. *Soldados de presidio.* Præsidiarii milites.

Presilla. Ansula, æ.

Preso. Vinctus, captus. Custodia, æ.

Prestar dineros. Mutuare nummos. Pecuniam mutuam dare, vel pecuniam mutuò dare. *Prestar lo que no es dinero.* Commodo, as. Aliquid utendum dare.

Prestado. Mutuum, commodatum. *Tomar dinero prestado.* Pecuniam ab aliquo mutuari, mutuam accipere, mutuò sumere. *Tomar, prestada cosa, que se ha de bolver à su dueño.* Commodatum, vel utendum aliquid accipere. Commodatò aliquid accipere, sumere.

Prestamo. Præstimonium, i.

Preste. Vide *Sacerdote.*

Presteza. Velocitas, celeritas, is.

Presto, con presteza. Citò, celeritèr. Quàm certissimè, quam celerrimè. *Ven presto.* Quàm primum revertere. *Quan presto te parece, que estará aqui?* Quàm mox illum acturum censes? *Muy presto vino.* Præpropere venit.

Presto estoy, y aparejado. Promptus, ac paratus sum. Præsto adsum.

Presumir. Nimium sibi sumere, tribuere, confidere, arrogare. *Presumir mal de otro.* Malè de alio existimare.

Presumido, ò presumptuoso. Confidens, arrogans, tis.

Presuncion. Arrogantia, confidentia, æ.

Presuntuosamente. Confidenter, audaciter, arrogantèr, superbè.

Presuroso. Festinus, velox, incitatus, fervidus, celer.

Presurosamente. Properè, velocitèr, fervidè, celeritèr.

Prestender cargos. Peto, is. Prenso, as. Ambio, is. *Dias ha que pretendo esto.* Jam diu hoc saxum volvo. *No pretendian el bien de la Ciudad* Non id agebant, beata civitas ut esset. *Esso pretenden.* Id agunt, moliuntur, conantur, contendunt.

Pretende matarme. Ad necem me quærit. Necem mihi machinatur. Sanguinem, & vitam meam petit. Vitam meam ferro, & insidiis appetit. *No quiero pretender lo que no he de alcanzar.* Spem infinitam persequi nolo.

Pretendiente, ò pretensor. Petitor, candidatus, i. *De alguna muger.* Procus, i.

Pretension. Ambitus, us. Petitio, prensatio. *Cierrase la puerta à las pretensiones.* Ambitus excluditur, & honorum petitio. Aditus ambitioni præcluditur, intercluditur.

Preterito. Præteritum, i.

Pretexto. Prætextum, i. Prætextus, us. *Con este pretexto.* Hac larva, hoc nomine, pietatis specie. *Con ningun pretexto puedes colorearlo.* Ne mendatio quidem id tegere potes.

Pretina. Zona fibulata. *Meter à uno en pretina.* Continere aliquem in officio. Disciplinam acerrimè ab illo exigere. Ad officii metas aliquem adigere.

Prevalecer. Prævaleo, es. Superare, superiorem esse. *Prevaleció la costumbre.* Invaluit, innolevit consuetudo.

Prevaricar. Prævaricor, aris. Perfunctoriè obire munus, præposterè officio fungi. Causam prodi à patrono, tacitè cum adversario colludere.

Prevaricacion. Prævaricatio, nis.

Prevaricador. Prævaricator, oris.

Prevenir, ò aparejar. Præparo, as. *Tener algo prevenido.* Paratum, vel promptum aliquid habere. In procinctu, vel in promptu aliquid habere.

Prevenido de exercito. Paratus ab exercitu. *Estar prevenido.* In procinctu esse, stare. *Prevenido contra veneno.* Antidotis præmunitus. *Prevenido traias lo que dixiste.* Meditatum sermonem attulisti.

Prevenir los males que amenazan. Malis imminentibus occurere. Impendentia mala præcavere.

Prevenir, ò anticiparse. Prævenio, anteverto, preverto, is. *Previno la muerte*

sus intentos. Talia meditantem mors occupavit, prævenit. Consilia ejus mors prævertit.

Prevenir con discurso. Insidias providere, prospicere. *Ya yo lo tenia visto, y prevenido.* Jam id ego prospexeram. Prius mihi suboluit, quam illi quidquam acciperent. *Los males prevenidos se sienten menos.* Fortunæ imminentia mala præmeditatione leniuntur. Jacula prævisa minus feriunt.

Prevencion. Apparatus, us. Apparatio. Præparatio. *Prevencion de lo que se và à decir.* Præmunitio, onis. *De providencia.* Præmeditatio, cautio, nis.

Prevertir à uno. Seducere aliquem, decipere, in fraudem inducere. *Prevertir el orden.* Præverto, is. Præpostero ordine aliquid agere.

Previlegio. Vide *Privilegio.*

Priessa, ò prissa. Festinatio, properatio, accelleratio. *Aprissa.* Festinanter, celeriter, properè, præpropere. *Darse prisa.* Festino, propero, accelero, as. Advolare, celeritatem adhibere. *Dar priessa à otro.* Instare alicui. Urgere aliquem. *Para què tanta prissa?* Quid properato opus est? *A mas priessa, mas vagar.* Festina lentè. Quid nimium properat, offendit.

Prieto. Niger, furnus. Vide *Negro.*

Prima en la vihuela. Prima chorda, tenuissima, subtilissima. *Llevarse la prima en algo.* Primas ferre in re aliqua. Vide *Ventaja. A prima faz.* Primo aspectu. *A prima noche.* Ad vesperam, sub vesperum. *Cosa muy prima.* Res affabrè structa. Vide *Primor.*

Prima, hija de hermano de padre. Soror patruelis. *De hermano, ò hermana de madre.* Consobrina. Vide *Primo.*

Primacia. Primatus, us. Princeps locus.

Primado. Primas, atis. Supremus, & maximus Regni totius Antistes.

Primavera. Ver, eris. Vernum tempus.

Primero. Primus, a, um. *Entre dos.* Prior.

Primero en licencias (quando se gradúan muchos) Primus, ac princeps in honoris gradu. *En la primera ocasion.* Prima quaque occasione. *Cada primero dia del mes.* Primo quoque die mensis. *La primera víctima.* Præcidanea hostia. *La primera en tierra.* Cantherius in porta. In limine offendere. *Esta es la primera vez que sale.* Nunc primum prodit. *Sea esta primilla.* Hanc illi noxam dimitte, si unquam posthac, non recuso quin vapulet.

Primeramente, lo primero. Primum, principio. *Esto es lo primero que assiento, que no puede aver amistad, sino entre los buenos.* Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. *Primero morir, que hacer tal cosa.* Moriar potius, quàm id faciam. Vita cedam prius, quàm, &c. *Primero es nuestra amistad, que todo.* Nihil mihi antiquius amicitia nostra. Omnia amicitiæ nostræ postponenda duco.

Primeriza en el parto. Primipara, æ.

Primicerio. Primicerius, ii.

Primicias. Primitiæ, arum. Primi fructus.

Primitivo. Primitivus, a, um.

Primo, hijo de hermano de padre. Patruelis. *De hermano, ò hermana de madre.* Consobrinus, i.

Primogenito. Primogenitus, i.

Primor de alguna obra. Operis artificium elegantia, structura, concinnitas.

Primoroso cosa. Affabrè factum opus, elegans, perpolitum, perfectum ingenio, elaboratum industriâ. Dædali opus. Roscii actio. *Primorosamente, con primor.* Affabrè, concinnè, peritè, elegantèr.

Principe. Princeps, ipis. *Vive como un Principe.* Magnificè vivit. *No obrò como Principe, sino como Ministro.* Non Prin-

ci-

cipem, seu Ministrum egit. *El Principe no está sujeto á las leyes.* Princeps non tenetur legibus. *Dios me libre de Principe.* Procul à Jove, & à fulmine.

Principado. Principatus, us. Dominatus, us. Principis ditio.

Principal cosa. Præcipuus, a, um. *Hombre principal.* Primarius vir, cum primis nobilis, in primis honestus. *El principal del censo, ò trato.* Caput, sors, summa, æ.

Principalmente. Præcipuè, præsertim.

Principio. Principium, initium, primordium, caput, fons, origo. *Al principio.* Primò, principio, initio. *Al principio de &c.* In capite tuarum litterarum, in fronte operis, in limine vitæ.

Principio de oracion. Exordium, ii. Peroœmium, ii. Initium. *Errar al principio.* In limine offendere. In portu impingere. Initio suscepti operis peccare. *Del principio al fin.* A capite ad calcem.

Principios de arte, ò doctrina. Rudimenta, elementa, orum. *Buenos principios tienes.* Benè tibi habent principia. *Principio quieren las cosas.* Tentando ad Trojam pervenire Pelasgi. *Tomalo muy del principio.* Orditur ab ovo.

Principiante. Novitius, ii. Tyro, nis.

Pringue. Pingue, is.

Pringar. Liquamine, aut tosto lardo panem intingere. *Al esclavo.* Servi nequissimi corpus carnis suinæ liquamine cruciare.

Prior de Convento. Cœnobriarcha, æ. Cœnobii antistes. *Priora.* Antistita, æ.

Prision. Custodia, æ. Carcer, eris.

Prisiones. Vincula, orum. Compedes. *Darse à prision.* Se in custodiam dare, tradere. *Echarselas.* Vinculis hominem constringere, tenere, vincula alicui injicere.

Prisionero. Captus, captivus.

Prissa. Vide *Pricsa.*

Privada. Oletum, i.

Privar de algun bien. Privo, as.

Privarle de oficio. Loco aliquem movere, honore, aut potestate privare. Vide *Reformar. Privarle de voz activa, y passiva.* Excluditur præmiis, & honoribus.

Privar con el Principe. Gratia apud Principem valere, gratiosum illi esse. Esse in magna principis, vel cum Principe gratia. In Regis familiaribus, & intimis esse. Interiorem aulicum esse.

Privado del Rey. Gratiosus apud Regem, gratia, & familiaritate præcipuus.

Privanza. Gratia, favor Principis. *Cayò de la privanza.* Principis gratiam amisit, Æmulatione, & invidia inimicorum Principis gratia excidit, aulæ fastigio dejectus est.

Prò, ò provecho. Profectus, us. *Buena prò.* Prosit. *Hablar en prò, ò en contra.* Pro aliquo, vel in aliquem dicere. *Hombre de prò.* Homo frugi.

Proa de la nave. Prora, æ.

Proba de Imprenta. Exemplar Typographiæ correctum & probatum.

Probar. Vide *Provar.*

Problema. Problema, tis.

Proceder. Procedo, is.

Muchos males proceden del ocio. Multa ex otio mala nascuntur, proveniunt, existunt, proficiscuntur, emanant, exoriuntur, effluunt. Vide *Causa.*

Proceder contra uno en juicio. Legibus aliquem, & judicio persequi. *Mal modo de proceder.* Prævaricatio, iniqua, aut præposterа rei gerendæ ratio. *Mal proceder en esso.* Perperam rem gerit. Non pro eo, ac debet, causam tractat, agit. *Modo de proceder.* Agendi ratio. *Què modo de proceder es esse?* Quæ tua ista rei gerendæ ratio est?

Processo. Acta in judicio. Volumen actis in judicio continens.

Procession. Solemnis pompa, celebris supplicatio. *Ha de aver procession general.* Celebris pompa indicta est. Supplicatio indicta est, decreta est, habenda est. *Ordenar la Procession.* Utrumque agmen ritè disponere, ordinare. *Los que la ordenan.* Designatores, um. *Salga la Procession.* Agite, procedite, ducite pompam. *Quebrada và la procession.* Ordo supplicantium per intervalla deficit. Nec ritè, neque ordine procedit agmen.

Proclamar. Proclamo, as.

Procurar. Curo, procuro. Dare operam, laborare, curam, aut diligentiam adhibere. *Con todas sus fuerzas.* Summopere studere, niti, laborare. Omni studio, cura, diligentia in aliquem rem incumbere. Vehementer laborare, nervos omnes contendere, enixè operam dare, omnes adhibere machinas, ut id fiat. Omni non modo contentione, sed etiam dimicatione, elaborandum est, ut res ad exitum perducatur.

Procurador. Curator, procurator. Alienis negotiis præpositus. Qui aliena negotia gerit, curat, procurat. *Procurador en pleyto.* Cognitor, oris. Procurator judicialis.

Procuraduria. Procuratio, administratio, curatio rerum, negotiorum.

Prodigio. Prodigium, ii. Portentum, i.

Prodigo. Prodigus, profusus, nepos, luxuriosus. *Prodigalidad.* Prodigalitas, profusio, nis. *Prodigamente.* Prodigè, effusè, effusissimè. Vide *Gastar.*

Producir la tierra. Terra gignit, fundit, fert, creat, procreat, generat flores, & omne frugum genus.

Produccion. Generatio, procreatio, nis.

Proemio. Proœmium, præludium, ii.

Proezas. Egregia facta, res gestæ, gesta præclara. Vide *Hazañas.*

Profanar lugar, ò cosa sagrada. Sacris abuti. Sacra violare, polluere, incestare; perinde acsi profana essent, habere, tractare. *Profanado.* Violatus, profanatus, execratus.

Profanador. Sacrorum violator.

Profana cosa. Profanus, a, um.

Profanidad. Luxus, us. Profanatio.

Professar algun arte, ò oficio. Artem aliquem profiteri, in ea se exercere. *Professar el Religioso.* Vota nuncupare, emittere. Religionis voto se obstringere, obligare, devincire. Professionem edere, facere. Votis solemni ritu emissis se totum divino obsequio mancipare, sacrare. Religiosam vitam in omne vitæ tempus profiteri.

Profession. Professio, onis.

Profeta. Vates, tis. Profeta, æ.

Profetiza. Fatidica, prophetissa, æ.

Profetizar. Vaticinor, aris. Canere, prædicere, prænunciare, denunciare futura. *Tiene espiritu de profecia.* Divino afflatus spiritu multa vaticinatur, oracula edit, vaticinia profert, futura prædicit.

Profecia. Vaticinatio oraculum, vaticinium, prædictio futurorum.

Profunda cosa. Profundus, altus, a, um.

Profundidad. Barathrum, i. Profunditas, tis. Abyssus, i.

Progenitores. Avi, orum. Majores, um.

Progresso. Vide *Aprovechamiento.*

Prohibir. Prohibeo, es. Veto, as.

Prohibicion. Interdictum, prohibitio.

Prohijar. Vide *Adoptar, y Atribuir.*

Prolixo. Nimus, prolixus, nimis longus. Multus, & ineptus. *Prolixidad.* Mora, tarditas, cunctatio. *Prolixamente.* Prolixè, longius.

Prologo. Prologus, i. Præfatio, nis.

Prolongar. Vide *Alargar.*

Prometer. Promitto, spondeo, profiteor, polliceor, eris. *Prometer por otro.* Fidejubeo, es. Pro alio spondeo, fidem meam interpono. *Prometer à Dios.* Voveo, es. *Prometer en dote.* Dicere dotem filiæ. *Ser largo en prometer.* Prolixè promittere. *No dà lo que promete.* Muream ostendit pro leone. *Dar algo de prometi-*

do en obras, ò arrendamientos. Certam pecuniæ summam primò licitanti dari ab eo, qui opus locat, aut actionem facit.

Promessa. Promissum, i. Promissio, stipulatio, pollicitatio, nis. *Ni por promessas, ni por amenazas.* Nec spe, nec metu.

Prometedor. Largus in pollicendo. Qui multa promittit, sed nihil præstat.

Promontorio. Promontorium, ii.

Promover à mayor dignidad. Ad altiorem dignitatis gradum aliquem evehere, extollere, promovere.

Promocion. Ascensus, us. Promotio, nis.

Promulgar. Vide *Publicar.*

Pronombre. Pronomen, inis.

Pronostico. Omen, inis. Ostendum, i. Præsagium, denuntiatio, divinatio, prædictio. *Pronostico del año.* Vide *Reportorio.*

Pronosticar. Ominor, aris. Portendo, is. Divino, denuncio, as. Præsagio, is. Prædico, is. *Pronostico es este de tu perdicion.* Omen hoc est, & signum tuæ calamitatis.

Pronto. Promptus, expeditus, paratus.

Prontitud. Promptus animus, alacritas.

Prontamente. Promptè, alacriter.

Pronunciar bien las letras. Litteras suavissimè appellare, proferre, exprimere. *Pronunciar mal.* Litteras comprimere. *Palabras duras de pronunciar.* Confragosa verba.

Pronunciar sentencia. Ferre, proferre, pronuntiare, enuntiare sententiam.

Pronunciacion. Pronuntiatio, enuntiatio, expressio verborum.

Propicio. Vide *Favorable.*

Propina. Honorarium, quod magistris, Academicis, & senatoribus dari solet.

Propio, ò proprio. Proprius, a, um. Peculiaris res cujusque. *Què cosa tan propria de Antonio!* Quàm id ex ingenio, ac moribus Antonii! Hoc de more habet, innatum hoc, & insitum illi est. *Es proprio de escasos murmurar de los liberales.* Sordidi hominis est liberalium munificentiam taxare, carpere, vituperare. *Lo propio es esso, que essotro.* Idem hoc est, atque istud. Tantundem hoc habet, atque istud. Nihil hoc ab isto differt.

Propio, y verdadero. Germanus, sincerus.

Proprio, y mensajero. Certus homo, qui mittitur. *Hacer, ò embiar un proprio.* Certum hominem cum litteris mittere.

Propios de un lugar. Agri compascui.

Propiedad de cada cosa. Proprietas, atis. Natura, ingenium. *Propiedad de lenguaje.* Dictionis munditia. *Hablar con propiedad.* Incorruptè loqui.

Propiamente. Propriè.

Propietario. Possessionis dominus.

Proponer. Propono, is. *Proponer la enmienda.* Vide *Enmienda. Propongo de hacerlo.* Profiteor me facturum.

Proponer al Senado, que se enmiende la ley. De corrigenda lege ad Senatum referre. *Proponer, ò representar algo al Superior.* Rationes deferre, causas proponere, referre, afferre, ut &c.

Proposicion. Propositio, enunciatio.

Propuesta, ò replica. Relatio causæ. *Propuesta, ò suplica.* Postulatum, postulatio.

Proposito. Propositum, i. Consilium, ii. *A què proposito esso?* Quorsum ista? Quorsum hæc tam longo repetita sermone? Quorsum ista pertinet? Quid ad rem?

No hablais à proposito. Nihil dicis, quod ad rem pertineat. Extra orbitam, & metam excurris. Extra chorum saltas. Tua oratio cum re, de qua agitur, non cohæret. Scitus quidem locus, sed parum in loco dictus.

Apartado nos hemos del proposito. Ab eo, quod propositum est, longiùs aberravit, longiùs excurrit, longiùs digressa est oratio. A proposito aberravimus, digressi sumus.

Bolvamos al proposito. Redeamus ad rem. Ad illud, unde digressi sumus, regrediamur. Ad id, unde divertimus, revertamur. Nunc eò revocetur oratio, unde egressa est.

No será fuera de proposito. Non absre erit. Non alienum puto à re proposita. *No pudo venir mas à proposito.* Nihil magis ad rem accomodatum, nihil magis appositè, nihil magis in loco dici potuit. *De proposito lo hizo.* De industria fecit, consultò, dedita opera.

Proporcion. Proportio, nis. Analogia, æ.

Proporcion de miembros. Membrorum congruentia, æquabilitas, symmetria.

Proporcionar. Ad legem, & regulam componere, adamussim dirigere. *Proporcionado de miembros.* Membris æqualis, & congruens. *Proporcionadamente con proporcion.* Analogicè, proporcione, adamussim. *A proporcion.* Habita ratione.

Prorogar. Prorogo, as. Vide *Dilatar.*

Prorogacion. Prorogatio, nis.

Prorumpir. Prorrumpo, erumpo, prorruo, is.

Prosa. Sermo solutus. Prosa, æ. *Mucha prosa gasta.* Longo sermone utitur. Prolixè verba facit. Multi sermonis homo est.

Proseguir. Prosequor, eris. Incepta persequi. Inchoata peragere. *Prosigue, como comenzaste.* Perge quæ cœpisti. *Si os parece, no proseguirè.* Si placet, vela contraham, sermonem præcidam, finem faciam.

Prosodia. Prosodia, æ. Accentus, us.

Prosopopeya. Prosopopœia, æ. Fict o personæ. *La prosopopeya con que habla, ò anda!* Quà gravitate incedit! Quàm lentè, & graviter verba facit.

Prospero. Prosper, a, um. Secundus, felix.

Prosperar. Prospero, as. Secundo, as.

Prosperidad. Prosperitas, felicitas, tis. Secundæ res. Fortunæ benignitas. *Algun tiempo nos vimos en prosperidad.* Floruimus & non aliquandiu. Res olim nostræ florentissimæ fuerunt. Sedebamus in puppe olim, clavumque tenebamus, quibus nunc in sentina locus est.

La prosperidad ensorvebece. Secundis rebus animus intumescit, inflatur, insolenter se effert. Luxuriant animi rebus plerumque secundis. Copia fastum gignit. Satietas ferociam parit.

Prostrar. Vide *Postrar.*

Proteccion. Tutela, æ. Præsidium, ii.

Protector. Protector, defensor, oris.

Protervo. Protervus, petulans, procax, cis.

Protervia. Protervia, æ. Petulantia, æ.

Protestar. Protestor, aris. Denuntio, as.

Protesta. Protestatio, denuntiatio.

Protocòlo del Notario. Protocollum, i.

Protomedico. Medicorum princeps. Archiater, vel Archiatrus, i.

Protonotario. Primicerius, ii.

Probar con razones. Argumentis agere, probare, fidem facere, persuadere. *Con testigos.* Testibus aliquid probare, comprobare, planum facere. *Probemoslo con authoridades.* Testimoniis agamus. *Probò su derecho.* Juri suo satisfecit. Causam suam probavit. *Bien provada tiene su intencion.* Animum suum satis omnibus probari sensit.

Probar por experiencia. Experior, iris. Tento, as. Vide *Experimentar. Probar sus fuerzas, y destreza con otros.* Suas cum aliquo vires, artemque conferre.

Probar, ò gustar algo. Delibo, as. Summis labris aliquid attingere, primoribus labris gustare, degustare.

Probarse. Vide *Ensayarse.*

Probadura. Libatio, degustatio, nis.

Probacion. Probatio, nis. Vide *Prueba.*

Probanza del hecho. Inquisitio, nis. Quæstio, nis. Vide *Informacion.*

Probable cosa. Probabilis, verosimilis. *Probabilidad.* Probabilitas, tis. *Probablemente.* Probabiliter. Verisimiliter.

Provecho. Utilitas. commodum, usus, us. Emolumentum, fructus, us. *Buen provecho.* Prosit. *Ser de provecho para algo.* Facere, conferre, conducere ad aliquid. *Mirad si esto os puede ser de provecho.* Vide an hoc usui tibi esse possit, an è re tua sit.

Provechoso. Utilis commodus, fructuosus, frugifer, salutaris. Quod ex usu est, multasque secum opportunitates affert. *Provechosamente.* Utiliter, commodè, cum fructu.

Proveer. Provideo, es. *La Ciudad de bastimentos.* Urbi de re frumentaria providere, rei frumentariæ consulere. Annonam, aut cibaria in urbem invehere, inferre, importare. Commeatu urbem reficere, recreare. *Proveer la despensa.* Penum instruere.

Proveerle de lo que ha menester. Necessaria illi suppeditare, suggerere.

Proveer un auto el Juez. Cavere, jubere, constituere, decernere, sancire.

Proveer el Obispado. Ecclesiæ Episcopum designare, providere, constituere, præficere. *Proveer el beneficio.* Beneficium in aliquem, vel alicui conferre.

Proveerse. Ventrem exonerare. Ventris onus dejicere, excernere.

Proveedor de la armada. Classis instructor. *De bastimentos.* Annonæ præfectus.

Provido. Providus, providens, tis.

Providencia. Providentia, prudentia, æ.

Provision Real. Senatusconsultum, i. Edictum Regium. Decretum Regis.

Provision de bastimentos. Commeatus, us. Annona, æ. *Provision de casa.* Penus, us. *De cada dia.* Diarium. *Para el camino.* Viaticum, i. *Provision de beneficio.* Beneficii collatio.

Provisor. Episcopi Vicarius. *Provisoria.* Vicarii Generalis munus.

Provên. Propago, inis. Tradux, cis.

Proverbio. Proverbium, ii. Parœmia, æ.

Proverbialmente. In modum proverbii.

Provincia. Provincia, æ. Regio, nis.

Provincial. Provincialis. Provinciæ præpositus, præfectus, moderator.

Provocar. Lacesso, is. Provoco, irrito, as.

Provocacion. Provocatio, nis.

Proximo. Proximus, i.

Prudencia. Prudentia, æ. *Con igual prudencia, y valor.* Prudenter juxta, ac fortiter. Prudenter æquè, ac fortiter.

Prudente. Prudens, tis. Prudentia præditus, magni consilii vir. Cautus, consideratus, providus, circunspectus.

Prudentemente. Prudenter, cautè, providenter, providè, consideratè.

Prueba de experiencia. Experimentum, periculum. *Hacerla.* Periculum facere, experior, iris. *Prueba de conclusion.* Probatio, argumentum, i. *Recibir algo à prueba.* Ad rei fidem faciendam certum tempus definere, præfinire. *A la prueba me remito.* Experientia res patebit. Non credam, nisi expertus. Re ipsa probabitur. Experimento deprehendetur. *Traer algo para prueba de &c.* In argumentum afferre, objicere, quòd, &c.

P. ANTE U.

Pua para ingerir. Surculus, i. *Puas de hierro.* Murices, tribuli. *Puas de puerco espin.* Spina, æ. aculeus.

Publico. Publicus, a, um. *No salir en publico.* Publico abstinere, carere. *No se atreve à estar en publico.* In publico esse non audet. Publico se committere veretur. *En publico mucha gala; en casa mucha pobreza.* Foris se venditant tanquam beati, intus misere viventes. Palam cultus splendidus; domi res angustæ. *Es cosa muy publica.* Vulgata res est, pervulgata, per omnium aures, & ora pervagata. Pererebuit ejus rei fama. Celeberrimum hoc est apud omnes. *No reparò en dacirlo en tanta publicidad.* Nihil pensi habuit, quin rem publico committeret. Non veritus est rem in vulgus edere, in omnium oculis publicare. Rem palàm facere in tanta hominum frequentia, in foro, tam multis præsentibus, non dubitavit.

Publicar. Promulgo, as. Divulgo, pervulgo, as. In vulgus edere, prædicare.

Publicar guerra. Indicere bellum.

Publicacion. Promulgatio, publicatio.

Publicacion de libro. Editio, nis.

Publicamente. Publicè, palàm, propalàm, vulgò, in omnium oculis.

Puchas. Puls, tis.

Puchero. Pultarius, ii. Ollula, æ. *Hacer pucheritos el niño.* Vagitus edere.

Pudrirse. Putrefco, is. Tabesco, is.

Pudricion. Putredo, inis. Corruptio, nis.

Pueblo. Oppidum, i. *La gente de èl.* Populus, i. Plebs, bis. Vulgus, i. *Locura, ò insolencia del pueblo.* Popularis insania, insolentia, temeritas. *Poblacho.* Fæx, & sentina reipublicæ. Humile, & abjectum vulgus.

Puente. Pons, tis. *De madera.* Sublicius, roboreus. *Levadiza.* Versatilis. *Levantar la puente.* Clausso arcis ostio pontem attollere, levare. *Echarla.* Pontem demittere. *Al enemigo, que huye, la puente de plata.* Hosti fugienti viam ne præcluseris.

Puente de diez ojos. Pons decies arcuatus.

Puenteecilla. Ponticulus, i.

Puerco, ò puerca. Sus, is. Porcus, i. Porca, æ. *Puerco en canal.* Porcus eviscératus. *Puerco castrado.* Maialis, is. *Por castrar.* Verres, is. *Montès Javali.* Aper, pri. *Puerco Espin.* Hystrix, icis. *Puerquero.* Subulcus, i.

Puerca cosa. Immundus, a, um. Sordidus, spurcus, fœdatus, inquinatus.

Puerro. Porrum, vel porrus, i. *De color de puerro.* Porracei coloris.

Puerta. Ostium, ii. Janua, æ. *Del lugar, ò castillo.* Porta, æ. *De dos medias.* Fores, valvæ. *Con aldava.* Vectibus, aut repagulis munitæ. *Estar à la puerta.* Stare, vel adesse ad januam. *Quien llama à la puerta?* Quis pulsat fores? Quis pulsat januam? *Ruido hace la puerta.* Crepat ostium. Fores concrepant. Stridet cardo. *Darle con la puerta en los ojos.* Portam illi objicere, aditum præcludere. Excludere aliquem. *Romper la puerta.* Fores effringere, perfringere. *Sacarla de quicio.* Postes à cardine evellere, ostium convellere. *Abierta està la puerta.* Patent fores.

A todos da puerta franca. Cuivis ad eum patet aditus. Nulli aditum ad se negat. Neminem excludit. *Nadie entra por sus puertas.* Nemo in ejus limine pedem ponit.

Puerta de tras, ò puerta falsa. Posticum, i. Postica, æ. Posticulum, pseudothyrum. *Meter algo por la puerta falsa.* Per pseudotyrum aliquid inferre. *Coger à uno entre puertas.* Aliquem intercipere. *Echarle por puertas.* Bonis suis hominem spoliare, exuere, fortunis evertere, ad inopiam redigere.

Andar de puerta en puerta. Stipem ostiatim cogere, corrogare. *A otra puerta.* Aliam excute quercum. Surdo canis. *Quando una puerta se cierra, otra se abre.* Sæpè, premente Deo, fert Deus alter opem. Ovid.

Puerto. Portus, us. *Salir de èl.* Solvere. Navem, vel naves solvere. *Tomar puerto.* Portum apellare, tenere. In portum invehi. Terram legere. Ad portum appellere, pervenire.

No podemos tomar puerto. Portu arcemur, prohibemur. Ad portum accedere

negatur. A portu repellimur, removemur, ab ejus ingressu rejicimur, submovemur.

Puerto bueno. Portus celeberrimus, tutes. munitissimus. *Malo.* Infamis naufragiis, statio male fida carinis.

Puertos secos. Confinia Regnorum.

PUES (de quien resuelve.) Ergo, igitur. *Comencemos, pues, por los sentidos.* Ordiamur igitur à sensibus. §. *En las interrogaciones por via de instancia es à veces* An, Num. *Pues no avia de bolver por un amigo contra un estraño?* An ego non venirem contra alienum pro familiari, ac necessario? *Pues es materia de duda la causa, que te moviò à tan gran vellaqueria?* Num quærenda causa est, quæ te ad tantum facinus impulerit? Cic.

PUES què? Quid? Quid enim? Quid ergo? Quid igitur? *Pues què pretende mi padre?* Quid igitur sibi vult pater? *Pues què? piensas que està enojado contigo?* Quid? tu iratum illum putas tibi? *Pues què? si fueras Consul, no pudieras hacer esso?* Quid enim? istuc, si Consul esses, minus facere posses?

Pues (de quien certifica) At, Atqui. *Pues este fuè Maestro en Alexandria, y de letras humanas.* At hic litteras etiam humaniores Alexandriæ docuit. *Pues no queremos mas.* At amplius non desideramus. *Pues este no es mi hijo, sino de mi hermano.* Atqui ex me hic non est genitus, sed ex fratre. *Pues à see, que no le has de llevar.* Atqui certè non feres.

Pues (supuesto que.) Si, quoniam, quando, siquidem, quandoquidem, cum. *Y pues yo te sufro à ti, que destruyes la Republica, sufreme tu à mi, que la conservo.* Et si ego te Reipublicæ perditorem fero, tu me custodem feras. Cic. *Pues lo preguntas, como que no lo sabes, dirè porque.* Quoniam quasi nescias, quæris, causam dicam. *Y puedes tu hacer una buena historia, pues es obra tan propria de un Orador.* Potes autem tu in historia satisfacere, cum sit hoc opus oratorium maximè, vel quando hoc est opus maximè oratorium.

Pues no? (de quien responde afirmando.) Quidni? *Conoceste? pues no he de conocerle?* Nostine hunc? Quidni noverim? *He de salir à recibirle? pues no?* Obviamne illi procedam? Quidni?

PUES si que (ironicè) At.

Pues si que no tuvo casa en Roma, el que tantos años antes de ser ciudadano, viviò de assiento en ella. At domicilium Romæ non habuit, qui tot annis ante civitatem datam sedem fortunarum suarum Romæ collocavit. *Pues si que no se empadronò, y en aquel padron, que solo hace fee.* At non est professus, imò verò iis tabulis professus, quæ solæ obtinent auctoritatem. *Pues si que es amigo de hacer bien; quien en el mundo mas inhumano?* At mores commodi, quis inhumanior? Cic.

PUES, quando se passa en la oracion de una cosa à otra, sirve de enlace para continuar el discurso, y entences es Jam, Jam, vero, v. g. *Pues la bizarria del talle, y magestad del vostro no dan bien à entender, que es Principe?* Jam proceritas corporis, & dignitas oris non longè, latèque Principem ostentant? *Pues su cortesia, y agrado es tan grande, que no es facil de decir, si &c.* Humanitate jam tanta est, ut difficile dictu sit, utrum &c. *Pues el valor de su consejo, y eloquencia hartas veces se ha dado à conocer en este lugar.* Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate valeat, vos hoc ipso in loco sæpe cognostis. Cic.

Has visto en tu vida hombre mas sin verguenza que este? Ecquando tu hominem impudentiorem, quàm illum vidiſti? Numquis procacior unquam tibi viſus eſt? *Al que perdiò la verguenza, dadle por perdido.* Periiſſe illum puta; cui pudor periit.

Tener verguenza, ò empacho. Verecundor, aris. Pudet, ebat. Erubeſco, is. *De verguenza lo dexa.* Pudore ſe continet. Pudore tenetur. *Mas vale verguenza en casa, que mancilla en corazon.* Pudere præſtat, quàm pigere.

Vergonzoso. Verecundus, pudens, pudibundus. *Mozo vergonzoso el diablo le lleva à palacio.* Pudor ſubruſticus obnoxius eſt aulicorum jocis, aulicis ludibrio eſt.

Vergonzosa cosa. Pudendus, a, um. Turpis. *Vergonzosa ignorancia.* Pudenda ignorantia. *Obligaronlo à hacer vergonzosos conciertos.* pudendis fœderibus illum affecerunt

Vergonzosamente. Turpiter.

Verguenzas, ò partes vergonzosas. Pudenda, verenda, obſcœna, orum. *Sacar à uno à la verguenza.* Per vias publicas aliquem mithellatum traducere, plebeculæ deridendum propinare, ſubjicere.

Verificar algo. Verum aliquid facere. *Verificar la sospecha.* Suſpicioni crimen dare. Suſpicionem veram facere, ſuſpicioni fidem facere.

Veriquetos. Colles inæquales. Aſpera, & prærupta colla. Anfractus, us. *Aviendo camino real, por què andas por veriquetos.* Cum ſit via recta, & trita, quid circuitiones, & anfractus petis?

Verisimil cosa. Veriſimilis, e.

Versas. Clathri, vel clathra, orum.

Ventana con versas. Clathrata feneſtra.

Verso. Verſus, us. Carmen, inis. *Medio verso.* Hemiſtichium, ii. *Hacer versos.* Carmina facere, fundere, pangere, condere, ſcribere, componere.

Verter. Vide *Derremar.*

Vertientes. Aquarum divortia.

Vestido. Veſtis, is. Veſtitus, us. *De lama, ò brocado.* Aurea veſtis. *Bordado.* Segmentata, acu picta. *Guarnecida.* Fimbriata. *De luto.* Veſtis pulla, lugubris. *Salir vestido de luto.* Atratum procedere in publicum. *Vestido viejo, raido, ò traido.* Veſtis obſoleta, detrita.

Vestidura. Veſtimentum, indumentum. Amiculum, i. Amictus, us.

Vestir. Veſtio, is. Induo, is.

Vestuario. Scenicum veſtiarium.

Veta de arbol, ù de marmol. Vena, æ.

Vete de aqui. Hinc abi.

Veterano soldado. Veteranus, i.

Vexacion. Vexatio, nis. Moleſtia, æ. Injuria, æ. *Hacer, ò dar vexacion.* Vexo, as. Moleſtia, aut injuria aliquem afficere. *Redimir su vexacion.* Injuriam ſibi inferendam pecunia redimere.

Vexa-

Vexamen. Verborum contumelia. Cavillatio, nis. *Dar à uno vexamen.* Dicteriis in aliquem ludere, aliquid in eo cavillari.

Vez. Vicis, vicem, vice. *Una vez.* Semel. *Dos.* Bis. *Tres veces.* Ter. *Muchas veces.* Sæpè. *Muchisimas.* Sæpiſſimè. *Cien veces.* Centies. *Mil veces.* Millies. *Mas de una vez lo bizo.* Non ſemel fecit. *Segunda vez.* Iterum, rurſus, ſecundò. *Tercera vez.* Tertio.

No lo hago tantas veces. Non ſoleo tam frequenter. *Menos veces te reprehenden de lo que mereces.* Minus ſæpè verbis caſtigaris, quàm dignus es. *Algunas veces me acusan sin causa.* Nullo meo merito aliquoties cauſam dixi. *Tal vez se descuida el mas atento.* Quandoque bonus dormitat Homerus.

Hablemos à veces. Alternis loquamur. Viciſſimi dicamus. *Yo os doy mis veces.* Meam tibi poteſtatem trado, meæ fungendæ vicis facultatem facio. Meas vices gerere. *En vez de castigarle, le honras.* Supplicii loco hominem honore auges. Pro ſupplicio honorem tribuis.

Vecino de casa. Vicinus, i. *Vecino, ò cercano.* Finitimus, confinis, conterminus. *Vecino de algun lugar.* Incola alicujus oppidi, in quo domicilium fixit, qui in numero civium eſt cenſus, & eodem jure gaudet, eiſdemque legibus tenetur.

Vecindad del barrio. Vicinitas, tis. Vicinia, æ. *Vecindad que uno tiene en un lugar.* Domicilium, ii.

V ANTEF, ET I.

Ufano. Arrogans, lætitia exultans. *Està muy ufano de que, &c.* Gaudium continere nequit, lætitia exultat, nimium ſibi placet, quod &c. *No tiene de que estar tan ufano.* Non eſt, quod tantopere ſibi placeat, aut ſe jactet.

Via. Via, æ. Ratio, nis. *Hacer de una via dos mandados.* Una, & eadem opera duos demereri. Duos parietes de eadem dealbare ſidelia. *Por ninguna via se puede remediar.* Nulla ratione hoc malum depelli poteſt. Nullam huic morbo medicinam facere poſſis. *Todavia.* Etiam nunc, adhuc. *Todavia dura la guerra.* Adhuc bellum trahitur. §. *Quando precede.* Annque, *es.* Tamen. *Pero, aunque no tiene culpa, todavia no està libre de sospecha.* Veruntamen, quanquam abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret.

Vias del cuerpo, y del mundo. Meatus, us.

Viaje. Iter, ineris. Peregrinatio, nis.

Vianda. Obſonium, ii.

Viandante. Vide *Caminante.*

Viaraza. Impetus repentinus aliquid agendi. *Hombre que tiene viarazas.* Qui inconſultè rapitur ad agendum. Varius, & præceps in agendo.

Viatico. Viaticum, i.

Vibrar la lanza. Haſtam vibrare.

Vicario. Vicarius, ii. Vices alterius gerens. Qui alterius vice fungitur. *Vicario de monjas.* Monialibus præfectus.

Vicio. Vitium, luxus, us. Luxuria, æ. Pravitas, labes animi. *Quexarse de vicio.* Immeritò fortunam, aut aliquem accuſare. Præſentium rerum ſtatum injuria faſtidire. Vitio ſuo à præſenti ſtatu abhorrere, præſentia criminari ſine cauſa. *Huir de los vicios.* Vitia fugere, declinare. A vitiis ſe avocare, abſtinere, abhorrere.

Viciado. Depravatus, corruptus, a, um.

Vicioso. Vitioſus, luxurioſus, vitiis affectus contaminatus; luxui, ac voluptati deditus. *Es muy vicioso.* Nihil illo nequius, & impurius. Immenſa quædam eſt vorago, gurgeſque vitiorum, Homo nefarius, ex omnium ſcelerum importunitate concretus, totus ex fraude, & nequitia conflatus, omnibus vitiis obnoxius, fœdatus, corruptus.

Viciosos estan los campos. Luxuriant agri præ ubertate, & frugum copia. Agrorum feracitas luxuria laborat, luxurioſa eſt.

est. *Echa de vicio la tierra no labrada.* Luxuriat carduis, & spinis incultus ager.

Viciosamente. Vitiosè, corruptè.

Victima. Victima, æ. Hostia, æ.

Victoria. Vide *Vitoria.*

Vid. Vitis, is. *Dilatanse las vides à todas partes.* Serpunt vites multiplici lapsu, & erratico, atque in omnes partes fundantur. Cic.

Vida. Vita, spiritus, us. Anima, æ. Usura hujus lucis. *Vender cara su vida.* Carò pellem vendere. *Esto me dió la vida.* Hoc mihi saluti fuit, salutem attulit. *Debole la vida.* Vitam illi debeo. Vitam illi acceptam refero. Quod vivo, munus ejus est, illi acceptum refero. *Por Pompeyo daré la vida.* Pro Pompejo emori possum, vitam impendam, nullum vitæ discrimen recusabo. *Passar la vida pobremente.* Tenui victu, aut tristi mendicitate vitam trahere, exigere, producere, tolerare.

Darse à buena vida. In deliciis, & luxu ætatem agere. Indulgere genio. Voluptariam vitam degere. Curare peiculam, corpori vacare, deservire.

Breve es la vida del hombre. Breve est humanæ vitæ curriculum. Brevis humanæ vitæ cursus. Exiguis sanè finibus vita hominis terminatur, circumscribitur, brevi spatio definitur.

Ninguno es señor de su vida. Vitæ nobis usus donatus est, dominium nulli. Nulli vita mancipio datur. Nullus in se vitæ, necisque potestatem habet. Nulli fati diem occupare licet. Qui vitam dedit Deus, cum volet, repetet.

Lo mas teneis andado de la vida. Jam tibi majori ex parte exacta ætas est. Jam in vitæ decursu ad metam properas. Vitæ cursum majori ex parte confecisti. Jam stadium vitæ maxima ex parte cucurristi.

Lo que me queda de vida daré à Dios. Quod mihi vitæ reliquum Deus fecerit, ipsi sacrabo. Quantum vitæ mihi Deus indulserit, in ejus obsequium exigam. Extremus vitæ actus in Dei laudem mihi agendus est.

De buena gana daré la vida por Christo. Libenter pro Christo, mortem perferam, subibo, oppetam, obibo. Libenter pro Christo vitam cum morte commutabo.

En mi vida. (jamás) Nunquam. *En mi vida fui amigo de pleytos, y porfias.* Nunquam lites, & contentiones amavi. *En su vida tomó libro en la mano.* Nunquam litteris dedit operam. §. *En las dudas, y preguntas se usa.* Unquam, ecquando, nunquando. *Hasme visto en tu vida murmurar de alguno?* Nunquando me alicui obtrectantem vidisti? Vide *Jamás.*

Vida de mi vida. Dimidium animæ meæ. Oculis, & luce mihi charior. *Cosa de vida, ò que vive.* Vitalis, e.

Vidrio, ò viaro. Vitrum, i. *Cosa de vidrio* Vitreus, a, um. *Vidriar las vasijas.* Fictilia vascula vitro linire. *Vidriado.* Vitro linitus, oblitus. *Basilla de vidrio.* Vitreamina, um.

Vidriera. Speculare, is. Vitrea fenestra. *Vidriero.* Vitrarius, vel vitiarius.

Viaricria. Vitraria taberna.

Vidriosa cosa. Vide *Fragil. Hombre vidrioso.* Querulus, impatiens. Qui de nihilo queritur, aut iratscitur.

Viejo. Senex, is. Vetulus, grandævus, ætate grandis, ætate provectus. *Muy viejo.* Senio, aut ætate confectus. Senex capularis, decrepitus. *Esso es mas viejo, que el repelòn.* Nestore, & Hesiodo antiquius id est.

Viejo verde. Senex, qui juvenem improbè mentitur, qui senectutis mala nequiter dissimulat, nec erubescit juventutis maculis fœdari. *Quien podrá sufrir la condicion de este viejo?* Quis senis hujus morositatem ferat, anxi, suspiciosi, sibi ab unoquoque præcaventis, omnia secus interpretantis, & de nihilo in jurgia erumpentis? *Al viejo pocos le llo-*

ran muerto. Senex bos non lugetur.

Vieja cosa. Vetus, eris. Vetustus. *Cosa de viejo.* Senilis, e. Ut prudentia senilis, ruga senilis. Vide *Antigua.*

Vieja, muger. Vetula, æ. Anus, us. *No digais, vieja fue, y no se cociò.* Cave dicas, non tibi prædictum.

Vejèz. Senectus, utis. Senecta, æ. Senilis ætas. *Al cabo de la vejèz.* Exacta ætate, extrema senectute.

Vielào, ò viendo. Ventilabrum, i.

Viento. Ventus, i. *Viento de oriente.* Eurus, subsolanus. *De occidente.* Favonius, Zephyrus. *De medio dia.* Auster, tri. Notus, i. *Del norte.* Boreas, æ. Aquilo, nis.

Vientecico. Aura, æ. *Levantase viento.* Ventus exoritur. *Corre, ò sopla el viento.* Flat, aspirat ventus. *Arrecia el viento.* Ventus increbescit, invalescit, flat vehementius. *Navegamos viento en popa.* Bellè nobis à puppi flavit ventus. Secundo vento navigavimus. *Tuvimos vientos contrarios.* Adversis ventis usi sumus.

Moverse à todo viento. Leviter huc, & illuc ferri. Levi aura moveri. Quolibet vento duci, circumferri. Facile in hanc, aut illam partem se dare, inclinare. *Lenòle la cabeza de viento.* Spe falsa hominem inflavit, produxit, delusit.

Vientre. Alvus, i. Venter, tris. *Donde concibe la muger.* Uterus, i.

Viernes. Dies veneris. Sexta feria.

Viga. Trabs, bis. Tignus, vel tignum, i.

Viga pequeña. Tigillus, vel tigillum, i.

Viga de lagàr. Prælum, i. *De carro.* Temo, nis. *Vigas, que atraviesan de pared à pared.* Transtra, orum. *Labradas.* Affabrè facta, everganea. *Vigas bincadas, para fabricar puente.* Sublicæ, arum.

Vigilancia. Vigilantia, diligentia, æ.

Vigilante. Vigilans, tis. Intentus.

Vigilia. Vigilia, æ. Pervigilium, ii.

Vigor. Vigor, oris. Vis animi. *Tener vigor.* Vigeo, es. *Vigoroso.* Vegetus, vividus, nervosus, a, um.

Vigornia de herrador. Incus, udis.

Vigotes largos. Longi in superiore labro tortiles pili. Vide *Mostachos.* Mystax, acis.

Viguela. Cithara, æ. Fides, ium.

Vil cosa. Vilis, e, blitea res, abjecta, contempta, lutea. *Vil hombre.* Sordidæ conditionis homuncio, & vulgi fæce, terræ filius, abjectus, neglectus.

Vileza. Abjectio animi, dedecus, oris. Sordes, humilitas. *Què vileza he hecho yo?* Quod in me dedecus admisi? *Pobreza no es vileza, pero es ramo de picardia.* Non dehonestat hominem paupertas; risu tamen, & contemptui objicit, & abjicit interdum ad indigna.

Vilmente. Sordidè, serviliter.

Villa. Oppidum, i. Castellum, i.

Villano. Rusticus, vectigalis, stipendiarius, ignobilis, terræ filius. *Sois un villano.* Inurbanus es, & illiberalis, atque omnis humanitatis expers.

Villanìa. Rusticitas, inurbanitas.

Villanamente. Rusticè, inurbanè.

Villancico. Carmen festivum in laudem Christi nati, vel mysterii Eucharistiæ.

Villete. Epistolium, ii. *De amores.* Amatoriæ litteræ.

Vilertas. Annuli velares.

Vimbre, ò mimbre. Vimen inis.

Vinagera. Ampulla vitrea.

Vinagre. Acetum, i. *Vinagre aguado.* Oxycratum. Posca, æ. *Vinagrera.* Oxybaphum. *Sois un vinagre.* Vappam, & nebulonem te esse jubeo. *Vinagrero.* Oxypòla, æ.

Vinculo. Vinculum, i. *De mayorazgo.* Hæreditas familiæ primigenio annexa. *Vincular.* Annecto, is. *Vincular la hacienda, ò fundar vinculo.* Rem, aut fortunas familiæ primogenito jure hæreditario in perpetuum assignare.

Vinculada cosa. Annexus, a, um.

Viña. Vinea, æ. *Eſtan las viñas en cierne.* Florent vineæ. *No habla ſino de ſus viñas, y olivares.* Oleas, & vineta crepat mera. *El que cultiva las viñas.* Vinitor, oris.

Viñedo, pago de viñas. Vinetum, i.

Viñadero. Vinearum cuſtos. *Viña guarda miedo, que no viñadero.* Metu fures coerentur. *Entrarſe, como por viña vendimiada.* Sine cunctatione, aut cujuſquam reſpectu introire.

Vino. Vinum, i. *Puro.* Merum, purum, meracum. *Aguado.* Aqua mixtum, dilutum, lymphatum. *Vino de la tierra.* Vinum indigena, patrium. *Blanco.* Album. *Tinto.* Rubeum, atrum. *Clarete.* Heluolum. *Añejo.* Annoſum, vetus. *Nuevo.* Novitium, hornum.

Vino moſcatel. Vinum Apianum, Falernum. *De buen guſto.* Molle, lene, generoſum. *De mal guſto.* Mucidum, vappa. *Que hace baba.* Pendulum, pendens. *Menear el vino.* Ventilo, as.

Vino fuerte. Temetum. *Verde reſpantillo.* Acre vinum, aſperum, auſterum. *Vinillo floxo.* Vinum fugiens, evanidum. *De manzanas.* Sicera, æ. *Adrezar el vino.* Vinum concinnare, corrigere. *Hombre dado al vino.* Vinoſus. *El que no lo bebe.* Abſtemius.

Vinatero. Vinarius, œnopola, æ.

Violar lugar ſagrado. Templum violare, polluere. *Doncella.* Vitiare virginem, vim, & ſtrupum illi inferre.

Violencia. Violentia, æ. Vis.

Violento. Violentus, qui vim infert.

Violentamente. Violenter, per vim.

Violeta. Viola, æ. *Violado color.* Violaceus, amethyſtinus, ianthinus.

Violin. Vide *Rabèl.*

Violon. Barbitos, vel barviton, i.

Vira. Vide *Flecha.*

Virillas de plata. Lamellæ argenteæ.

Virgen. Virgo, inis.

Virginal. Virginalis, virgineus, a, um.

Virginidad. Virginitas, virginalis integritas. *Perderla.* Virginem imminui, corrumpi, vitiari.

Viriles. Radii vitrei, aut cryſtallini, in orbem diſpoſiti. Specularia, orum.

Virote. Obtuſum jaculum, quod balliſta emittitur, exploditur. *Virote de argolla de eſclavo.* Numella, æ. Columbar, aris. *De rabo de puerco nunca buen virote.* Non faciunt molles ad fera bella manus.

Virotazo. Obtuſi jaculi ictus.

Virrete. Pileus, vel pileum, ei.

Virrey. Prorex, gis. *Virreyna.* Proregis uxor. *Virreynato.* Proregis imperium.

Virtud. Virtus, honeſtas, tis.

La virtud enamora. Admiranda virtutis pulchritudo allicit, & capit animos. Forma ejus eximia mentes, & corda hominum in ſui amorem accendit. Ubi virtutis ſpecies mortalibus affulget, ſordent, ac vileſcunt omnia, quæ oculos perſtringunt, nihil ſpecioſum, nihil amore dignum præter illam vident.

La virtud ſola baſta para hacer à uno dichoſo. Si deſint reliqua, ſatis tamen in virtute præſidii eſt ad beatam vitam. Omnia licet caduca, & peritura deficiant, ſe tamen ipſa virtus contenta eſt. Suis viribus pollet virtus, ſuis opibus valet, neque cæterarum rerum ſubſidio indiget, aut aliunde pendet. Splendet ipſa per ſe, neque alienis unquam ſordibus obſoleſcit, aut tenebris obſcuratur. Quidquid ad beatam vitam pertinet, ab una virtute petendum eſt, in una virtute ponendum.

El que es de tanta virtud, que deſprecia los guſtos de eſta vida, y abraza los trabajos, es ſanto. Qui hoc robore animi, atque hac indole, virtute, & continentia eſt, ut reſpuat omnes voluptates, omnemque ſuæ vitæ curſum in labore corporis, atque animi contentione conficiat, quem non quies, non remiſsio, non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia delectent, qui nihil expetendum putet,

ret, niſi quod eſt cum laude, & dignitate conjunctum, hic mea ſententia divinis quibuſdam bonis inſtructus, & ornatus eſt. *Cic. pro Cælio.*

Virtuoſo. Virtutis ſtudioſus. Probus, honeſtus. *Es hombre muy virtuoſo.* Vir optimus eſt, ſingulari virtute, ac pietate præditus. Spectata eſt multis, magniſque rebus ſingularis ejus integritas. Vir eſt innocentiæ laude, & virtutis cultu eximius. Omni virtute excultus eſt, præſtat, excellit. Omnia virtutum ornamenta in eum congeſta eſſe dixeris. Ad virtutis gradum altiſsimum pervenit.

El virtuoſo no teme à la fortuna. Qui virtutis armis munitus eſt, qui à virtute firmus eſt, qui ducem virtutem ſequitur, qui virtutis præſidio ſe tuetur, qui virtutis ope nititur, fortunæ vices non timet, tela non pertimeſcit.

Virtuelas. Papulæ, arum.

Viſage. Geſticulatio, nis. *Hacer viſages.* Geſtio, is. Geſticulor, aris.

Viſagra. Vertebra, æ.

Viſcoſo. Glutinoſus, lentus, a, um.

Viſcoſidad. Tenacitas, lentor, oris.

Viſera. Buccula, æ. Baccarum tegmen. *Calar la viſera.* Galeam occludere.

Viſible coſa. Viſibilis, e. Quod videri poteſt, & ſub aſpectum cadit.

Viſiblemente. Ita ut videri poſsit.

Viſion. Viſum, i. Viſio, ſpectrum, ſpecies.

Viſitar à los amigos. Viſo, is. Inviſo, is. Saluto, as. Viſito, as. *Los altares, ò lugares ſagrados.* Altaria, loca ſacra, ſanctorum ſepulcra pietatis cauſa obire, adire, venerari.

Viſitar la Provincia, ò Obiſpado. Provinciam, aut Diœceſim obire, luſtrare, recenſere, recognoſcere. *Viſitar la Audiencia.* Senatum recenſere, recognoſcere.

Viſita de amigos. Salutatio. *De Juez.* Inquiſitio, recenſio, recognitio.

Viſitador de Obiſpo. Legatus, qui Epiſcopi authoritate, & nomine Diœceſim obit, recenſet, recognoſcit.

Viſlumbre. Modicum lumen, quo perſtringuntur oculi, aut allucinantur. *Viſlumbre de concepto.* Verborum ſonitus inanis.

Viſojo. Luſcioſus, i.

Viſoño. Tyro, nis. Novitius, ii.

Viſos, ò apariencia. Species, ei.

Viſpera de algun Santo. Divi alicujus pervigilium, pridie celebritatis ejus. *En viſpera eſtamos de partida.* Inſtat profectionis dies. Cras, aut perinde proficiſcemur.

Viſperas. Veſperæ, arum.

Viſta. Viſus, us. Aſpectus, us. *Engaña la viſta eſta pintura.* Imago hæc ita eſt artificioſè depicta, ut oculorum fallat obtutum. *Recrea la viſta.* Paſcit oculos. *A la primera viſta engaña.* Primo aſpectu, prima ſpecie, cum primum aſpicitur, deludit oculos, perſtringit oculorum aciem.

Viſta, ò preſencia. Conſpectus, us. *De Ciudad.* Proſpectus, us. *Quitar, ò eſtorvar la viſta.* Aſpectum, aut proſpectum impedire. *Hermoſa viſta.* Pulchra ſpecies, aut rerum facies. Locorum amœnitas oculis gratiſsima. *Tiene muy buenas viſtas eſta caſa.* Sita eſt hæc domus ad proſpectum maris pulcherrimum. Eo ſitu gaudet, eo loco conſtructa eſt, ut undique, aut nemoris proſpectu, aut hortis amœniſsimis, & grata agrorum varietate delectet.

Salir à viſta. Prodire in conſpectum. Dare ſe in conſpectum, ſpectandum ſe præbere.

No le perdiò de viſta. Oculis illum ſemper proſecutus eſt. Præ oculis illum ſemper tulit. Ab illo nunquam oculos detorſit, avertit. *No le conozco de viſta.* De facie hominem non novi. *Cobrò viſta.* Lumen recepit oculorum. Cæco dies reluxit.

A nueſtra viſta le mataron. Inſpectan-

bus nobis, coram, in conſpectu noſtro, nobis præſentibus, & ſpectantibus, in noſtrum omnium oculis occiſus eſt.

Viſta del pleyto. Cognitio cauſæ.

En viſta, y reviſta fuè condenado. Cum res ſemel, & iterum in judicium veniſſet, iterum damnatus eſt. Re iterum in ſenatu acta, & diſcuſſa, victus abſceſsit. Repetito judicio, iterum repulſam tulit.

Pidiò viſta de ojos al Juez. Poſtulavit, ut Judex in rem præſentem veniret.

Viſtoſa coſa. Specioſus, ſpectabilis.

Vital calor. Vitalis calor. *Movimiento vital.* Vitalis motus. *Moverſe vitalmente.* Vitaliter moveri.

Vitoria. Victoria, æ. *Mucha ſangre coſtò la victoria.* Multorum ſanguine, & vulneribus victoria ſtetit. Multum ſanguinis fuſum eſt, ut vinceremus. Non incruenta nobis victoria fuit. *A mi me debes la vitoria.* Mea opera viciſti, victoriam reportaſti. Per me extorta eſt, & erepta hoſtibus victoria. Quod hoſtes ſuperaſti, mihi acceptum ferre debes.

Vitorear à uno. Victoris nomine alicui publicè plaudere, acclamare. Io, Io triumphe conclamare, ingeminare.

Vitorioſo. Victor, oris.

Vitualla, ò viveres. Commeatus, us. Annona militaris. Vide *Proviſion.*

Vituperar. Ducem, aut res ejus geſtas vituperare, reprehendere, ſugillare, pro ſupervacuis elevare, criminari. Vitio aliquid vertere, criminis loco objicere. *Por eſſo le vituperan.* Eo nomine in vituperationem venit, adducitur.

Vituperable. Vituperandus, a, um.

Vituperio. Vituperatio, reprehenſio, opprobrium. Vide *Afrenta.*

Vivanderos. Mercatores annonarii.

Viveres. Vide *Vitualla.*

Vivir. Vivo, is. Vitam agere, degere, colere. Vitam, & ſpiritum ducere. *Aqui vive.* Hic habitat, vitam degit, etatem exigit. *Vive de lo que hurta.* Furtis, & latrociniis paſcitur. *Viven junto al mar.* Mare accolunt.

Viviò muchos años. Nimium diu vita functus eſt. Ad longam ſenectutem pervenit, ætate confectus obiit.

Vivir bien, que cueſta poco. Vita honeſtè acta ſolicitudine vacat.

Ya eſtoy canſado de vivir. Naturam jam explevi ſatietate vivendi. Jam vitæ curſum cupio conficere, & ad vitæ exitum pervenire. Invitus vitam, & ſpiritum duco. Tedet me diutius vitam producere, propagare. Satis longum vitæ ſpatium mihi peregiſſe videor.

Quiſiera vivir haſta veros. Velim mihi vita ſuppetat, quoad conſpectu tuo frui liceat. Utinam tandiu mihi vita ſuppeditet, dum te videam. Hujus lucis uſura tandiu frui velim, quoad in complexum tuum venire contingat. Uſque eò mihi vita in deſiderio erit, dum conſpectu tuo fruar.

Viva la gallina, y viva con ſu pepita. Poſtremus eſſe malo vivorum, quàm mortuorum primus. Debilem manu facito, pede, coxa; vita dum ſupereſt, bene eſt.

Viviò poco. Non illi vita diuturna contigit. Non licuit illi diu communi ſpiritu frui. Brevi vitæ curſum confecit, peregit. Immatura morte deceſsit. Vide *Muriò en agràz.*

Vivir à ſu guſto. Vide *Anchura.*

Vivacidad. Vivacitas, tis.

Vividor, que vive mucho. Vivax, cis.

Vividor, ò caſero. Ad rem attentus. In re ſua providus, & diligens.

Vividera caſa. Domus habitabilis.

Vivienda. Habitatio, domicilium.

Viviente. Vivens, tis. *No faltò alma viviente.* Ne unus quidem abfuit.

Vivo. Vivus, ſuperſtes, itis. Salvus, incolumis. *Vivo, deſpierto.* Acer, vegetus, acri, & vivido ingenio. *Diòle en lo vivo.* Altè hominem pupugit.

Vive-

Viveza. Vigor animi, alacritas. *Con viveza.* Acriter, alacriter, ſtrenuè.

Vizco. Pætus, i.

Vizcocho. Pannis ſaccharites. *De galera.* Pannis nauticus. Buccellatum, i.

Vizconde. Vicecomes, itis.

Vizma, y Vizmar. Vide *Bizma.*

Viznaga. Daucus, i. Oreoſelimum, gingidium, ii.

U ANTE L, ET M.

Ultimo. Ultimus, extremus, poſtremus. *Ultimamente.* Denique, poſtremo. Ad extremum, ad poſtremum, noviſsimè.

Ultrajar à uno. Ultra modum aliquem abjicere, fœdiſsimo convitio proſcindere, contumeliis afficere, vexare.

Ultraje. Contumelia, æ. Probrum, convitium, contemptus, us. Vexatio.

Umbral de la puerta. Limen, inis. *No atravèſaré ſus umbrales.* Nunquam in ejus limine pedem ponam.

Umbroſo. Umbroſus, opacus, a, um.

U ANTE N.

Unanime. Concors, dis.

Un dia antes. Pridie.

Un dia deſpues. Poſtridie.

Uncion. Unctio, nis. Unctura, æ. *Que ſe dà à los enfermos.* Vide *Extremauncion.*

Uncir, ò uñir los cavallos. Equos jungere, ſub jugum mittere.

Ungir. Ungo, is. Perungo, lino, is. Unguento condire corpus. *Ungido.* Unctus. *El que unge los muertos.* Pollinctor, is.

Unguento. Unguentum, i. *El que hace unguentos.* Unguentarius, myropola, æ. *Boxe de unguentos.* Myrothecium, ii. Alabaſtrum, i.

Unicornio. Monoceros, tis. Unicornis.

Unico. Unicus, ſingularis.

Unicamente. Unicè, ſingulariter.

Unidad. Unitas, atis.

Uniforme. Uniformis, e.

Uniformidad. Uniformitas, tis.

Uniformemente. Uniformiter.

Unigenito. Unigenitus, i. Unigena, æ. Unicus filius.

Union. Unio, nis. *De voluntades.* Concordia, æ. Conſenſus animorum.

Unir. Conjungo, is. Copulo, as.

Unido. Copulatus, conjunctus.

Univerſal. Univerſus, a, um.

Univerſidad. Univerſitas, tis. *De eſtudios.* Academia, æ.

Univerſalmente. Univerſè, generaliter, in univerſum, univerſim.

Univerſo. Vide *Mundo.*

Univoco. Univocus, ſynonymus.

Uña. Unguis, unguiculus, i. *Uña de animal que no tiene dedos.* Ungula, æ. *Eſcapar à uña de cavallo.* Equo fugam capeſſere, arripere. *Tiene uñas eſte punto.* Difficilis eſt hic locus ad explicandum. Incidi in nodum Gordianum. *Tiene en la uña la Eſcritura.* Teſtimonia ſacræ paginæ memoria tenet, in promptu habet.

Uñada. Unguis perſtrictio.

Uñero. Reduvia, vel redivia, æ.

Uñir. Vide *Uncir.*

Uno ſolo. Unus, a, um. *Que un Soldado ſolo haya hecho tanta riza?* Unus miles tantam ſtragem ediderit?

Un particular. Unus aliquis. *Digalo uno, que haya hecho tal coſa.* Unum aliquem nominent, qui id fecerit. *Nombren una perſona, que hable por todos.* Unum aliquem eligant, qui communem cauſam agat.

Uno de dos. Alter, a, um. *El uno es bueno, y el otro malo.* Alter probus eſt, alter improbus. Alter eligitur, alter rejicitur.

Uno, ò dos. Unus, aut alter. *Uno, ò dos ſintieron mal del caſo.* Unus, aut alter cauſam non probavit. Cic.

Una, ò dos veces. Semel, aut iterum.

UNA miſma coſa. Unum, atque idem.

Unum-

Unum, & idem. *Todos tuvieron un mismo fin.* Unus, atque idem exitus omnium fuit. *De una misma manera lo dixeron los antignos.* Uno, eodemque modo id veteres dixere. *En esto todos son de un mismo parecer.* In hac causa omnes unum, & idem sentiunt.

Uno, otro. Unus, alius. *Nota, que quando decimos* v. g. Uno es pobre, y otro rico: Unos nacen, y otros mueren, *entonces no se dice en Latin* Unus, alius: Uni, alii, *sino* Alius, alius. Alii, alii. *Una cosa es decir pesadumbres, y otra acusar.* Aliud est maledicere, aliud accusare. *A unos causa enfado, à otros risa.* Alii molestus est, aliis ridiculus. *Unas enfermedades son peores de curar, que otras.* Difficilius alii aliis morbi curantur. §. *Quando hablamos de dos solos, como de dos personas, ò dos vandos, no se usa de* Alius, *sino de* Alter, v. g. *Las balanzas se tienen una à otra en peso.* Lances in statera, altera alteram elevat. *Los unos pelean por no servir, los otros por mandar.* Alteri pro libertate, alteri de imperio dimicant.

UNAS veces, otras. Aliàs, aliàs. Nunc, nunc. *Ya les he avisado muchas veces, unas como amigo, otras como Juez.* Sæpè illos commonui, aliàs amicus, aliàs severus. *Ellos con lagrimas, unas veces se escusaban, otras me rogaban que les perdon sse.* Illi lacrymantes nunc purgare se, nunc obsecrare sibi, ut veniam darem.

Uno à otro. Mutuo, invicem. *Saludaronse uno à otro.* Inter se consalutarunt. Salutatione mutua se excepere. *Quedaron admirados, mirandose el uno al otro.* Hæsere mutua contemplatione perculsi. *No se podian ver uno à otro.* Invicem oderant. Mutuo se odio habebant. Alter alterum aversabatur. Uterque alteri invisus erat.

Uno tras otro. Aliud ex alio. *Un cuento tras otro.* Aliud ex alio me quotidie impendit. *Una mentira tras otra.* Aliud ex alio fignis. *Nunca dexò de hacer un yerro tras otro.* Nunquam aliud ex alio peccare destitit. §. *Observa que una oracion latina de este genero vale por dos de romance.* v. g. *Uno gusta de un estilo, y otro de otro.* Alius alio dicendi genere gaudet. *Unos tienen un modo de vivir, y otros otro.* Alius aliis vivendi mos est. *Unos gustan de unas cosas, y otros de otras.* Alii aliis rebus delectantur.

Una cosa, &c. que Illud, &c. *Una cosa me tuvieron por necedad, que no bolvi por mi, confiado en mi inocencia.* Illud mihi stultitiæ datum est, quod innocentia fretus causam non dixi. *Una cosa puedo asseguarte, que yo no tuve arte, ni parte en esso.* Illud sic habeas velim, ei rei me neque consilium, neque operam dedisse. *Una cosa no puedo dexar de decirte, que el Pueblo Romano tiene en ti puestas todas sus esperanzas.* Illud tibi non possum quin significem, Populum Romanum omnia à te expectare. *Cic.*

Uno, un cierto, un tal. Quidam. *En mucho cuidado me puso uno de sus sequaces.* Nimis me sollicitum habuit quidam ex ejus asseclis. *Què hombre es? Un Menecmo.* Quis homo est? Menechmus quidam. *Aconsejandole uno, que &c.* Cum quidam auctor ei esset, ut &c. §. *Observa la elegancia con que los Latinos para decir* Uno de ellos *usan del ablativo con* in. *El desterro es tenido por uno de los mayores males.* Exilium in maximis malis ducitur. *Algunos son de contrario parecer, y uno de ellos es Celso.* Nonnulli secus sentiunt, in quibus est Celsus. *Es uno de mis mayores amigos.* In meis familiarissimis est. *Cic.*

Untar. Ungo, inungo, is. Lino, is. *Despues de descalabrado, untarle el casco.* Quem injuria affeceris, blandius appella-

re, honorificè multa de illo prædicare. *Untar las manos al Juez, ò Ministro.* Muneribus, aut pecunia hominem corrumpere.

Unto. Adeps, ipis. Axungia, æ.

Untura. Unctio, unctura, linimentum.

V ANTE O.

Vocablo. Vocabulum, dictio, verbum. *Vocablo exquisito, culto.* Verbum exquisitum, reconditum, obscurum. *Desusado.* Inusitatum, insolens. *Malsonante.* Perabsurdum. *Viejo, que ya no se usa.* Obsoletum.

Vocabulario. Dictionarium, ii.

Vocal letra. Vocalis, is. *Vocales en voto.* Suffragatores. Qui jus suffragii habent.

Vocativo. Vocandi casus.

Volar, y Volver. Vide in B.

Volcàn. Vulcanus, sive globus ignis è montis visceribus in cœlum erumpens.

Volumen. Volumen, inis. Pars libri.

Voluntad. Voluntas, atis. *El que tiene mala voluntad al otro.* Malè in aliquem animatus. Qui studio, ac voluntate ab illo abhorret. Malevolus.

Ya sabeis la voluntad que os tengo. Meam erga te benevolentiam expertus es. Perspecta tibi est mea in te voluntas, satis cognita, testata tibi est. Meum erga te studium perspicere potuisti. Quo animo erga te sim, notum tibi est, ac perspicuum.

Vengo en esso de buena voluntad. Libenter id tibi assentior. Perlibenter, libentissimè æquissimo animo, utraque manu hoc tibi do.

Yo sè, que no me tiene mucha voluntad. Scio hominem abalienato esse à me animo. Compertum mihi est, illum voluntate à me, rebusque meis abhorrere. Illum erga me non benè esse animatum, certò scio.

Voluntario. Voluntarius, a, um. Quod sponte fit, scienter, ex animo.

Voluntariamente. Sponte, ultrò.

Voluntarioso. Voluntati suæ addictus impotenter adhærens.

Vomitar. Vomo, is. Evomo, is. *Vomitar à menudo.* Vomito, as.

Vomito. Vomitus, us. Vomitio, nis.

Voraz cosa. Vorax, cis.

Vos. Tu, tui.

Vosotros, vosotras. Vos, vestrum, vel vestri.

Voto. Votum, i. Promissum, i.

Votar, hacer voto. Voveo, es. Voto se abstringere, obligare. Voti religione se obstringere. Votum concipere, facere, suscipere.

Votar por alguno. Suffragor, aris. Suffragium alicui ferre. *Aun no se ha votado el pleyto.* Res adhuc in integro est. *El que vota.* Suffragator, oris. *Repartir las cedulas à los que votan.* Tabellas suffragatoribus diribere, distribuere.

Voto en favor de otro. Suffragium, i.

Todos le dieron el voto. Omnium tulit suffragia. Cunctis suffragiis, vel cunctis suffragantibus honorem adeptus est. Omnia in illum suffragia inclinarunt. Nemo ex suffragatoribus illi defuit. Omnium calculis approbatus est.

Algunos me negaron el voto. Nonnulli mihi refragati sunt. Quidam mihi suffragio defuerunt. Calculo nigro me quidam petierunt.

Voz. Vox, cis. *Decir en alta voz.* Contenta voce dicere. *En voz baxa.* Submissa voce. *Levantarè quanto pueda la voz, para que lo oygan todos.* Quantum potero voce contendam, ut hoc omnes exaudiant. *Para què te pones aqui à dar voces?* Quid tibi hic clamatio est? *En las reprehensiones convendrà quizà levantar mas la voz.* In objurgationibus utendum est fortasse vocis contentione majore.

Unum, & idem. *Todos tuvieron un mismo fin.* Unus, atque idem exitus omnium fuit. *De una misma manera lo dixeron los antignos.* Uno, eodemque modo id veteres dixere. *En esto todos son de un mismo parecer.* In hac causa omnes unum, & idem sentiunt.

Uno, otro. Unus, alius. *Nota, que quando decimos* v. g. Uno es pobre, y otro rico: Unos nacen, y otros mueren, *entonces no se dice en Latin* Unus, alius: Uni, alii, *sino* Alius, alius. Alii, alii. *Una cosa es decir pesadumbres, y otra acusar.* Aliud est maledicere, aliud accusare. *A unos causa enfado, à otros risa.* Alii molestus est, aliis ridiculus. *Unas enfermedades son peores de curar, que otras.* Difficilius alii aliis morbi curantur. §. *Quando hablamos de dos solos, como de dos personas, ò dos vandos, no se usa de* Alius, *sino de* Alter, v. g. *Las balanzas se tienen una à otra en peso.* Lances in statera, altera alteram elevat. *Los unos pelean por no servir, los otros por mandar.* Alteri pro libertate, alteri de imperio dimicant.

UNAS veces, otras. Aliàs, aliàs. Nunc, nunc. *Ya les he avisado muchas veces, unas como amigo, otras como Juez.* Sæpè illos commonui, aliàs amicus, aliàs severus. *Ellos con lagrimas, unas veces se escusaban, otras me rogaban que les perdon sse.* Illi lacrymantes nunc purgare se, nunc obsecrare sibi, ut veniam darem.

Uno à otro. Mutuo, invicem. *Saludaronse uno à otro.* Inter se consalutarunt. Salutatione mutua se excepere. *Quedaron admirados, mirandose el uno al otro.* Hæsere mutua contemplatione perculsi. *No se podian ver uno à otro.* Invicem oderant. Mutuo se odio habebant. Alter alterum aversabatur. Uterque alteri invisus erat.

Uno tras otro. Aliud ex alio. *Un cuento tras otro.* Aliud ex alio me quotidie impendit. *Una mentira tras otra.* Aliud ex alio fignis. *Nunca dexò de hacer un yerro tras otro.* Nunquam aliud ex alio peccare destitit. §. *Observa que una oracion latina de este genero vale por dos de romance.* v. g. *Uno gusta de un estilo, y otro de otro.* Alius alio dicendi genere gaudet. *Unos tienen un modo de vivir, y otros otro.* Alius aliis vivendi mos est. *Unos gustan de unas cosas, y otros de otras.* Alii aliis rebus delectantur.

Una cosa, &c. que Illud, &c. *Una cosa me tuvieron por necedad, que no bolvi por mi, confiado en mi inocencia.* Illud mihi stultitiæ datum est, quod innocentia fretus causam non dixi. *Una cosa puedo asseguarte, que yo no tuve arte, ni parte en esso.* Illud sic habeas velim, ei rei me neque consilium, neque operam dedisse. *Una cosa no puedo dexar de decirte, que el Pueblo Romano tiene en ti puestas todas sus esperanzas.* Illud tibi non possum quin significem, Populum Romanum omnia à te expectare. *Cic.*

Uno, un cierto, un tal. Quidam. *En mucho cuidado me puso uno de sus sequaces.* Nimis me sollicitum habuit quidam ex ejus asseclis. *Què hombre es? Un Menecmo.* Quis homo est? Menechmus quidam. *Aconsejandole uno, que &c.* Cum quidam auctor ei esset, ut &c. §. *Observa la elegancia con que los Latinos para decir* Uno de ellos *usan del ablativo con* in. *El desterro es tenido por uno de los mayores males.* Exilium in maximis malis ducitur. *Algunos son de contrario parecer, y uno de ellos es Celso.* Nonnulli secus sentiunt, in quibus est Celsus. *Es uno de mis mayores amigos.* In meis familiarissimis est. *Cic.*

Untar. Ungo, inungo, is. Lino, is. *Despues de descalabrado, untarle el casco.* Quem injuria affeceris, blandius appella-

re, honorificè multa de illo prædicare. *Untar las manos al Juez, ò Ministro.* Muneribus, aut pecunia hominem corrumpere.

Unto. Adeps, ipis. Axungia, æ.

Untura. Unctio, unctura, linimentum.

V ANTE O.

Vocablo. Vocabulum, dictio, verbum. *Vocablo exquisito, culto.* Verbum exquisitum, reconditum, obscurum. *Desusado.* Inusitatum, insolens. *Malsonante.* Perabsurdum. *Viejo, que ya no se usa.* Obsoletum.

Vocabulario. Dictionarium, ii.

Vocal letra. Vocalis, is. *Vocales en voto.* Suffragatores. Qui jus suffragii habent.

Vocativo. Vocandi casus.

Volar, y Volver. Vide in B.

Volcàn. Vulcanus, sive globus ignis è montis visceribus in cœlum erumpens.

Volumen. Volumen, inis. Pars libri.

Voluntad. Voluntas, atis. *El que tiene mala voluntad al otro.* Malè in aliquem animatus. Qui studio, ac voluntate ab illo abhorret. Malevolus.

Ya sabeis la voluntad que os tengo. Meam erga te benevolentiam expertus es. Perspecta tibi est mea in te voluntas, satis cognita, testata tibi est. Meum erga te studium perspicere potuisti. Quo animo erga te sim, notum tibi est, ac perspicuum.

Vengo en esso de buena voluntad. Libenter id tibi assentior. Perlibenter, libentissimè æquissimo animo, utraque manu hoc tibi do.

Yo sè, que no me tiene mucha voluntad. Scio hominem abalienato esse à me animo. Compertum mihi est, illum voluntate à me, rebusque meis abhorrere. Illum erga me non benè esse animatum, certò scio.

Voluntario. Voluntarius, a, um. Quod sponte fit, scienter, ex animo.

Voluntariamente. Sponte, ultrò.

Voluntarioso. Voluntati suæ addictus impotenter adhærens.

Vomitar. Vomo, is. Evomo, is. *Vomitar à menudo.* Vomito, as.

Vomito. Vomitus, us. Vomitio, nis.

Voraz cosa. Vorax, cis.

Vos. Tu, tui.

Vosotros, vosotras. Vos, vestrum, vel vestri.

Voto. Votum, i. Promissum, i.

Votar, hacer voto. Voveo, es. Voto se abstringere, obligare. Voti religione se obstringere. Votum concipere, facere, suscipere.

Votar por alguno. Suffragor, aris. Suffragium alicui ferre. *Aun no se ha votado el pleyto.* Res adhuc in integro est. *El que vota.* Suffragator, oris. *Repartir las cedulas à los que votan.* Tabellas suffragatoribus diribere, distribuere.

Voto en favor de otro. Suffragium, i.

Todos le dieron el voto. Omnium tulit suffragia. Cunctis suffragiis, vel cunctis suffragantibus honorem adeptus est. Omnia in illum suffragia inclinarunt. Nemo ex suffragatoribus illi defuit. Omnium calculis approbatus est.

Algunos me negaron el voto. Nonnulli mihi refragati sunt. Quidam mihi suffragio defuerunt. Calculo nigro me quidam petierunt.

Voz. Vox, cis. *Decir en alta voz.* Contenta voce dicere. *En voz baxa.* Submissa voce. *Levantarè quanto pueda la voz, para que lo oygan todos.* Quantum potero voce contendam, ut hoc omnes exaudiant. *Para què te pones aqui à dar voces?* Quid tibi hic clamatio est? *En las reprehensiones convendrà quizà levantar mas la voz.* In objurgationibus utendum est fortasse vocis contentione majore.

Voz buena. Vox suavis, & plena, dulcis, & clara. *Mala.* Absona, aspera, subrauca. *Voz de facistòl.* Vox canora, plena, sonora. *Voz de tiple.* Vox acuta. *De tenor.* Mediocris. *De baxo.* Gravis. *De trompeta.* Clangor, oris.

Voz que corre sin fundamento. Rumor temerè dissipatus. *Echar voz, que han muerto à alguno.* Rumorem de alicujus cæde spargere. Sermonem de ejus nece dissipare. *Si la voz, que corria, fuera cierta.* Si ea, quæ rumoribus afferebantur, certa essent. *Meterlo todo à voces.* Inconditis vocibus obstrepere.

Vocear, dar voces. Clamo, as. Vociferor, aris. Clamorem tollere. Clamito, as.

Vocería. Vociferatio, nis. Dissonus clamor. Inconditæ voces. Acclamatio.

Vocinglero. Rabula, æ. Clamosus. *Hombre de gran voz.* Stentore clamosior.

U ANTE R.

Uracán. Vide *Huracán.*

Uraño, hombre retirado. Asper, clancularius, inhumanus, vitæ communis expers.

Urbanidad. Comitas, urbanitas, tis.

Urca. Linter, tris. Scapha, æ.

Urdir. Ordior, iris. *Urdir una mentira.* Mendacium componere, conflare. *Pedro de urde malas.* Petrus doli artifex.

Urdiembre. Licia, orum. Stamen, inis.

Urgar. Attento, as. Pertento, as. Attrectare, refricare. *Peor es urgallo.* Ne move Camarinam. Ignem ferro ne cæditto. Noli ulcus tangere. *Urgar el fuego.* Ignem proruere.

Urguillas. Ardelio, nis. Homo inquies, huc, & illuc volitans, multa movens, & nihil promovens, omnibusque negotiis se immiscens.

Urgente cosa. Quod urget, & instat.

Urna de cuerpo muerto. Solium, in quo ossa, & cineres defuncti servantur. Concitorium, ii.

Urraca, ò picaza. Pica, æ.

U ANTE S.

Usagre. Lichen, enis. Mentagra, æ.

Uso. Usus, us. Consuetudo, Mos. *Andar al uso.* Ad usum, & consuetudinem se accommodare. *En cada tierra ay su uso.* Sua cuique civitati lex, & religio est. *Al mal uso quebrarle la hueca.* Prava consuetudo corripienda est. Quæ malè didicisti, dedisce nda sunt.

Uso de razon. Rationis lumen. *No tiene uso de razon el niño.* Nondum puero rationis lumen affulsit. *Con el uso se aprende todo.* Exercitatio omnia perficit. Usus magister egregius.

Usar. Utor, eris. *Muchas veces.* Usitor, aris. Usurpo, as. *Este modo de hablar es Usado en Platon.* Apud Platonem hæc oratio usurpata est. *Y esto se usa tambien en algunas Provincias.* Idque etiam in quibusdam Provinciis usurpatur, in more positum est, in consuetudinem venit. *Usar de clemencia en el castigo.* In ulciscendo lenitatem adhibere. *Usar de espuela, y freno.* Calcaria, & frænos adhibere. *Usò de toda trampa, y artificio.* Nihil non fraudis, & senoctinii adhibuit. *Usaron conmigo de grandissima crueldad.* Usus sum iis crudelissimis. Cic.

Usar mal. Abutor, eris.

Ya no se usa. Jam hoc desitum est, in desuetudinem abiit. Obsolevit jam ista oratio. *Hablar como se usa.* Usitatè loqui.

Usada cosa. Usitatus, a, um.

Usual cosa. Usualis, e. Usuarius, a, um. Quod usui esse potest.

Usufructo. Ususfructus, us.

Usufructuario. Usufructuarius, ii.

Usura. Usura, æ. Fœnus, oris.

Usura sobre usura. Anatocismus, i.

Usurero. Fœnerator, oris.

Usurpar. Per injuriam aliquid sibi vendicare, avertere, usurpare. *Usurpar la possession.* Possessionem intervertere, vel possessione dominum intervertere. *Usurpar la gloria que se debe à otro.* Gloriam alteri debitam intervertere, ad seque transferre.

U ANTE V.

Uva, ò racimo. Uva, æ. *Temprana.* Præcox, præcoqua. *Teta de vaca.* Dactylides uvæ. *Colgadas.* Pensiles. *Passadas.* Uvæ passæ. *Uva silvestre.* Labrusca, æ. *Está hecho una vaca.* Vino madet.

Vuestro. Vester, a, um. *Vuestro soi todo.* Tuus sum animo, & studio.

Vulgo. Vulgus, i. *Vulgacho.* Vulgi sordex, fex, quisquiliæ. Plebs infima.

Vulgar cosa. Vulgaris, communis, protritus. *Vulgarmente.* Vulgariter, vulgo.

Vulpeja. Vulpecula. Vide *Zorra.*

DE LITTERA X.

Xabon. Sapo, nis. Smegma, tis. *Darle un xabon à uno.* Verbis hominem castigare. *Xabonar.* Sapone linteas vestes elnere, emaculare, sordes abstergere, purgare.

Xacara. Dimetrum Hispanicum carmen in hominem vitiis famosum.

Xalma. Sagma, tis. Centunculus, i. Dorsuale stragulum.

Xaque. Gladiator, oris. Leno, nis.

Xaqueca. Cephalea, æ. Hemicrania.

Xaquima. Capistrum, i.

Xara. Vide *Flecha.*

Xarales. Virgulta, orum. Dumeta.

Xarave. Syrupus, i. *Xaravear à uno.* Syrupis aliquem abluere, purgare.

Xarcias de navio. Armamenta navis.

Xarifa cosa. Bellus, concinnus, a, um.

Xefes del Exercito. Duces primarii.

Xeme. Lichas, adis. Semipes, edis.

Xerga. Levidensa, æ. Sagum, i. *Esto está en xerga.* Rude hoc adhuc, & informe est.

Xergon. Culcitra straminea, sive stramento plena.

Xeringa. Clyster, eris. *Para matar fuegos.* Siphon incendiarius.

Xervilla, ò zapatilla. Endromis, dis.

Xibia, pescado. Sepia, æ. *La que usan los Plateros.* Xibium, ii.

Xicara. Oosyphium, ii.

Ximio. Cercopithecus, caudatus simius.

Xugo. Succus, i. *Cosa sin xugo.* Exuccus, aridus, exanguis, e.

Xugoso. Succosus, succo plenus.

DE LITTERA Y.

AUnque à la conjuncion y corresponden comunmente todas estas Latinas. Ac, atque, &, que, *es de notar, que à veces es* Qui, at, autem, imò, *como luego dirèmos.*

Y (*de quien replica con indignacion*) Quid? *Y tu no tienes faltas?* Quid tu vitiis cares? *Y ellos no se apassionan por los suyos?* Quid? ipsi suis non studiosè faveni? *Y tu sientes una mala palabra?* Quid tu contumeliam sine stomacho accipis? Quid? contumelia non movet tibi stomachum?

Y (*de quien corrige*) Imò, imò verò.

Hase hecho algun yerro? y mui considerable? Numquid peccatum est? imò maximè. *Tendranme por miserable, si no doi algo: y si dàs tambien.* Tenax, ac deparcus audiar, ni largiar aliquid, imò verò etiamsi largiaris. *Diran que soi un cobarde, sino salgo al desafio: y aunque salgas.* Timidus dicar, & imbellis, si pugnam detrectem: imò verò etiamsi non detrectem.

Y (*en las oposiciones, ò diferencias*) At autem. *Quedarás sin sepultura: y tu quemado, y tu cubierto de tierra.* Insepultus jacebis: at ut combustus, at tu obrutus. *Y vosotros quien decis que soi?* Vos autem quem me esse dicitis?

Y que (*de quien pondera*) At qui, quæ, quod. *Anticipòse pues: y en que dia? Esque, como dixe antes. &c.* Itaque antevertit: atque die? quo, ut ante dixi, &c. Cic. pro Milone. *Y que desverguenza es poner las manos en su madre?* At cui-

jus impudentiæ est matri afferre manus?

Y si. Et si. Quod si. *Y si tu me huvieras dexado, yo le pusiera, como merece.* Quod si mihi permisisses, à me, pro eo ac debet, acceptus esset.

Y si? Quid si? *Quando uno pregunta por modo de consulta, ò rèplica.* Y si, es Quid si. v. g. *Y si el padre trata de vender à su patria, ha de callar el hijo?* Quid si patriam prodere conabitur pater? filebitne filius? *Y si me vàs à dar con un puñal, he de aguardar à que me mates?* Quid si me pugione petis? sustineam ut occidas? Quid si ficam mihi intentes? expectemne, dum perimas?

Y ANTE A.

Ya. Jam. *Ya acabamos de echar, ò despedir aquel pelmazo.* Jam tandem plumbeum illum hominem, vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem prosequuti sumus. §. *A veces se calla* Jam *con elegancia, especialmente con verbos de* Entender, v. g. *Ya yo estaba en esso.* Posteriùs hoc dicis, quàm credidi. *Ya estoi en el caso.* Rem memini, ac probè teneo. *Ya vès lo que le cuesta no aver tomado mi consejo.* Vides quàm non impunè consilium meum spreverit. *Ya sè quan caprichoso es.* Scio quàm sit arbitrii sui tenax.

Ya repetido. Modò, modò. Aliàs, aliàs. Nunc, nunc. *Ya dice que si, ya que no.* Modò ait, modò negat. *Ya acà, ya acullà.* Num huc, nunc illuc. *Mudanse las costumbres, ya con los trabajos, ya con los muchos años.* Mutantur mores, aliàs adversis rebus, aliàs ætate ingravescente.

Ya ha dias que. Pridem. *Ya ha dias que te escribì, que se trata con veras de hacer treguas.* Pridem ad te scripsi, seriò, ac sedulo de induciis agi. §. *Quando el tiempo es de presente, se añade* Cum.

Ya ha dias que trato de dexar el cargo. Pridem est, cum cogito magistratu me abdicare.

Ya ha rato. Jam dudum. *Ya ha gran rato que te aguardo.* Jam dudum te expecto.

Ya ha mucho (tiempo) Jam pridem, jam diu.

Ya ha mucho que estudia, y no aprovecha. Jam diu studet, & nihil proficit. *Ya ha mucho que lo sè.* Jam pridem scio.

Ya se vè. Videlicet, scilicet. *Temia, ya se vè, perder algo de su reputacion para con vosotros.* Verebatur videlicet, nequid apud vos de existimatione deperderet. *Ya se vè, que lo decia por nosotros.* Nos videlicet in invidiam vocabat. *Sentìlo, ya se vè, como debia.* Tuli scilicet molestè, ut debui.

Ya que (con indicativo) Quoniam, quando, posteaquam. *Quiero hacerme loco, ya que dicen que lo soi.* Quando me insanire prædicant, insanire me adsimulem. *Ya que no puedes lo que quieres, procura querer lo que puedes.* Quoniam id, quod vis, non potes, fac velis, quod possis. *Ya que le ha costado su verguenza, no le desconsuele.* Noli illum rejicere, posteaquam verecundè rogavit.

Ya que (con subjuntivo) Ut. *Ya que calle lo passado, esto à lo menos no dexarè de decillo.* Ut superiora omittam, hoc certè non tacebo. *Y ya que lo sientas, no hagas aspavientos.* Et ut molestè feras, at ne tragœdias excites. Vide *Dado que.*

Y aun (amplificativa) Quin, Quin &, Quin etiam. *Y aun se dexò decir, que à èl se le debia la vitoria.* Quin etiam victoriam sui operis esse jactavit. *Y aun le tratasse de cobarde.* Quin & timiditatis illum insimulasti. *Y aun iba deslizandome mas, si tu no me detuvieras.* Quin labebar longiùs, nisi me retinuisses. Cic.

Y aun (correctiva) Atque adeò. Imò. *Algo, y aun mucho ponen de su casa.* Aliquid, atque adeò multa addunt de suo. Non nihil, imò plurimum adjiciunt de suo. §. *Quando precede interrogacion, y*

